Et q imperator si catholicus est: filius est ecclesie et nō presul. xcvj. dist. si imperator. et caput hȝ submittere eccl'ie nō ꝑsse. lxiij. di. valentinianus. ex de iudi. nouit. aduocatus est ecclesie et defensor: nō impugnator. ex de elec. venerabilē. ex in clemē. de iureiur. romani principes. seruꝰ ecclesie: et nō dns. xxiij. q. viij. conuenio: ipse. ibi: quid tibi cū adultera. et doceri habet ab ecclesia: nō eam docere nec cōtra eā dogmatizare. p. iedi. c. si imperator. nō em̄ se habet intromittere de questionibus fidei: nō dogmatū. xcvj. dist. satis euidenter. immo etiā nec pro bono ecclesie de ecclesia se ordinando debet intromittere. xcvj. di. bene quidem. ad hec oīa facit. x. dist. certū. Que oīa bauarus ryannus qui se ꝑ imperatore gerit male seruauit: qui in tēpore meo quo scribo hoc opus: dñm papā Joan. xxij. cum populo et clero romano imponendo ei titulū heresis et multa alia falsa: de facto in vbe publice et solenniter deposuit. vt dixi in ꝓximo ar. ℞. q aūt bauarus. allegans exemplū pernicios̄um othonis primi imperatoris: quē suū ꝓdecessorē appellat. qui cum clero et populo romano Joan. xij. deposuit a papatu. Substituit etiā iste bauarus sibi aliū fratrē petrum. de quo. s. in proximo arti. feci sepius mentionē: de quo nemo pōt aliud dicere: q q mysticus antichristus existat: nō papa Nicolaus sicut ipse se dicit. nā antichristus cōtrarius dicitur christo: ab anti quod est contra. et christū. Iste etiā bauarus inflatus et obcecatus supbia ambitionis imperij: sicut antichristus voluit se extollere super oīe quod dicit deus. ij. ad Thessa. ij. Dañ. ir. quia supra papā se cōstituēs: qui est loco dei. legitimū. ex vt eccle. bene. vt nostrū. ipsum deposuit sicut superior: contra id. xxj. dist. inferior. cū si. et supra satis de hoc. In christū dñi manū misit papam vnctū et consecratū et papatū possidentē: cōtra illud Pſ. ciiij. Nolite tāgere christos meos. et contra id quod fecit sanctus dauid de saul: qui ex inuidia ipsum ꝑsequebatur. qui saul quū intrasset speluncā vt purgaret ventrem: et in alia parte illi⁹ spelunce latitaret dauid cū suis: animabāt ipsi serui dauid vt interficeret saul regem: et ait dauid ad viros suos: Propitius sit mihi dñs: ne faciā hāc rem dño meo christo dñi: vt mittā manū meā in eū: qm̄ christꝰ dñi est. Viuit dñs: quia nisi dns ꝑcusserit eū: aut dies eius venerint vt moriatur. et. j. Propitius sit mihi dñs vt nō mittam manū meā in christū dñi. s. Regū. xxiiij. et. ij. q. vij. §. de his. ℞. itē obijcitur. et tamē saul rex iam erat a dño reprobatus. s. Reg. xiiij. et. xv. et. xvj. in prin. nō sic iste bauarus fecit ꝑueniens deū in condemnatione sui vicarij. posuitq in loco scō. i. in sede beati petri idolū abominabile. Dañ. ix. Petrū de corbaria apostatā fratrū minorū a romanis clericis et laicis faciens sicut papam bestialiter adorari. qui petrus se fecit appellari nicolauz. v. Cardinales multos epos per diuersa loca creauit de facto. et sic bauarus vnitatis sancte matris ecclesie inimic⁹ in ecclesia dei magis in tota italia et alemānia cū suo antipapa petro corbino schisma maximū. Numēs multa corpora et animas seminauit. qō nondū propter peccata nostra extinctū est.

¶ B Potest merito bauarus iste dici equus rufus. de q Apoc. vj. cui datū est vt sumeret. i. auferret pacē de terra: et vt homines se interficerent. Nam sm glo. equus rufus dr cōtrarius superior. i. equo albo. per quē sm glo. intelligit ecclesia christi sanguine dealbata. iuxta illud Apoc. vij. dealbauerūt stolas suas in sanguine agni. Per sessorem eius papa intelligit Joan. noster. xxij. super ecclesiā legitime cōstitutus. et hic habet arcū. i. potentiā nō solum spiritualē. sed etiā temporalē. vt. s. probatū est. et determinatur in extrauagāti eiusdē pape Joan. que incipit: Fratrum coepiscopor nostrorū. et data est ei corona tāq vero monarche. et exiit vincens vt vinceret: quia fauente dño de inimicis triūphabit. et qui iam de impio dicto Petro intruso triūphat: qui diu latitās in partibus tuscie et alibi tandem ad cor rediens: vtinam in veritate. se per literas tempore meo dño pape Joan. de tanta temeritate et malignitate culpabilē proclamauit: et veniam postulauit. et tandem personaliter auinionē veniēs vel potius ductus coram dicto dño papa Joan. et collegio cardinaliū et clero et populo adstante de intrusiōe sua et schismate quod in ecclesia dei fecerat. sedē apostolicā viuente dicto papa Joan. legitimo inuadendo: suā culpā dixit: et veniā postulauit. et quatenus de facto papatū vsurpauerat resignauit: et vsq hodie inclusus in camera caute et curialiter detinetur. Schismatica em̄ sm cyp. ianū inter initia feruēt: sed incrementa habere nō possunt: nec augere quod illicite ceperūt: sed statim cum prima sua emulatione deficiēt. vij. q. i. nouatianus. et tetigi. s. in. xij. ar. De eo aūt q bauarus iste ꝓtra dictū dñm papā dixit de heresi et de aliis peccatis ipsum diffamādo: dicatur sibi qō dixit Daniel imputdico presbytero susannā cōdemnanti. Dañ. xiij. Recte mētitus es in caput tuū. Sez dñm Joan. papā caput ecclesie et orthodoxe et tuū velis nolis: q̄uis ecclesie sis rebellis: q: ecclia militās bonos hȝ et malos. xxiij. q. iiij. b aūt vita

Joā. xxij a bauaro depo nitur.

Petrus de corbaria Joā. xxij. sehu miliat.

¶ Articulus. xl.

Quadragesim' et vltimus arti. et prolixus de ista materia est dictos ꝑcedentes ar. fundantes et manutenētes et declarantes dñi pape et romane ecclesie potestatē credere. ꝓdicare. manutenere et defendere: et nō cauillari et nō malignari in eis. ad quorū additionē et aliqualē epilogationē et emologationē ad honorē dei et sue sponse ecclesie: et hec addo videlz q papa vtrūq gladiū habet: vt dictū est. s. in. xiij. ar. et. xxxvij. ¶ A ſet hoc ꝓbatur: quia naturalis ratio patēter ostendit q spūalia sunt nobiliora corporalibus: sicut. s. tactū est ex de maio. et obe. solite. et corporalia ordinant ad spūalia tamq ad finē. Potestas ro ecclesiastica est ꝓncipaliter spūalis. xcvj. dist. quum ad verū. secularis aūt seu ciuilis est corporalis ideo cōcedendū est q monarcha ecclesiasticus: apud quē est plenitudo potestatis ecclesiastice. ex de vsu. pal. ad honorē. regulat et ordinat in ratione finis ꝓncipe politicū seu ciuilē et potestatem eius. Circa hoc autē tria declaro. Primū est q politie christiane principatus vnus est absolute. Secundū q eius est vnus princeps primus simpliciter. Tertiū q iste primus princeps est summus pōtifex q̄ est monarcha in ecclesiastica hierarchia. ¶ B Primum declaro multipliciter. primo ex intentione Aristo. vij. politicorū: qui ostendit q in politia qualibet vna perfecta et felici non solum, politia regis sed etiā politia ciuitatis necessaria sunt sex: scilicz agricolarum genus ad habendum alimēta. et artifices sub quibus comphendit mercenarios omnes scilz ꝓ mercede laborantes. et bellici ad cōpescendū rebelles intrinsecos: et ad defendēdū ab extrinsecis impugnatoribus. et habundantia pecuniarū ad opportunitates bellicas ꝓsequendas. et sacerdotiū ad deorū cultura. et iudices qui matie sunt necessarij ad regendū et dirigendū ciues. sed constat q politia vnius ciuitatis est politia vnius ꝓncipatus: nec possunt esse plures principes regētes actiue eque primi in vna ciuitate: sed vnus est ibi primus princeps: et per consequens vnus ꝓncipatus. ad hoc. vij. q. i. in apibus: Principatus ro sacerdotij qualis est principat⁹ ecclesiasticus: nō distinguit contra principatū ciuilē: sicut vna species cōtra aliā sed sicut pars contra totū. Nam sacerdotiū est necessariū officiū in qualibet vna politia: et dignissimū oīm aliorū officior. ciuitatis: vt patet ꝑ eundē philosophū in eodem vij. politicorū. ar. bonū. xxiij. q. viij. §. q̄uis. ex de immu. eccle. nō minus. Hoc etiam potest ostēdi ex vnitate signi et legis. sicut omnes illi qui eodē signo armantur configurantur: et eisdem legibus. eiusdem legislatoris subiiciuntur: sunt eiusdem principatus: et ad eundē principē pertinēt. Isto modo dicimus oēs esse eiusdē religiōis: qui sub

Papa vtrumq gladiū habet.

In ꝑfecta politia necessaria.

Principatus ciuilis nō distinguit a ꝓncipatu eccles siastico.

eodē habitu ⁊ regula viuūt. Sed oēs christiane religiōis eodē signo cōsignant/scilz charactere baptismi christi. de conse. dis. iiij. quomō. ⁊ p hoc distinguunt a quolibet alio homine. ar. ad hoc. s. q. i. q quidā. ex de vi. ⁊ hone. cleri. de quī. ⁊ eisdē legibus subiiciunt/scz articulis fidei: pceptis dei: ⁊ regulis ecclesie. nec ab istis legib⁹ p aliquē pncipē: nec p aliquā legē aliā possunt absolui: quinimmo quilibz ciuis istius populi si leges istas transgredi scienter ⁊ pnaciter debet mori. di. iiij. facte sunt. ex de here. excōicam⁹. xxiij. q. v. §. hinc notandū. siue sit pncipās in hac politia siue subditⁿ. ḡ oēs christiane religiōis sunt eiusdē pncipatus simpliciter: ⁊ non fm quid: quia quicūq; pncipeā in christiana religione: quocūq; officio pncipeā nō pncipatur nisi inquantū est subditus predicti pncipatus legibus: ⁊ ad cōseruationē istius pncipatus/⁊ in ministeriū eiusdē pncipat⁹. ad hoc facit. ix. di. iustū. ⁊. c. quecūq;. x. di. nō liceat. ⁊ ita populi christiani vnus est pncipatus simpliciter: cui oēs fm q̄ sunt christiani: subiiciunt p se necessario. Accidēraliter aūt ratione extrinseco: ū bono: sunt diuersi pncipatus sub isto pncipatu: a quo nunq̄ possunt separari iuste: quia bona exterio: a ratiōe quo: ū pncipant: alij pncipes sequunt bona essentialia ⁊ naturalia: que per se sunt subiecta isti pncipatui. Ex quo pz q̄ pncipat⁹ ciuilis nō distinguit a pncipatu ecclesiastico: sicut vna species ab alia/sed sicut partes integrales vnius pncipatus. intelligēdo p ciuilē pncipatū secularē potestatē: inter quas partes pncipalissima ⁊ superior est ecclesiastica potestas. ⁊ hoc est qđ christⁿ dixit in Joāne Joan. x. Alias oues habeo que nō sunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere: ⁊ fiet vnū ouile. ex de bap. licz. §. volētes. Ecce vnus pncipatus in politia christiana. ⁊ vnus pastor. Ecce vnus pncipalis rector: et monarcha huiusmodi pncipatus. ⁊ fm hoc sunt oēs fideles christi vnū corpus mysticū: cuius caput est christus ⁊ nos membra eius: vt probat Aug. sup illud euāgeliū: Ego sum vitis vera. Joā. xv. ad hoc facit ad Col. ii. xxiij. q. vij. quēadmodū. ⁊. c. p: c. ⁊. q. v. de ligurib⁹. ⁊ de hoc satis. s. Nec pōt dici q̄ christiani sunt vnius pncipatus quantū ad spiritualia: ⁊ alterius quantū ad corpo: alia ⁊ tēpo: alia: quia nullus pnceps vel subditus christianus pōt aliquid licite possidere vel acquirere nisi in eo q̄ militat sub pncipatu christiano. facit ad b. xxiij. q. vij. c. j. ij. ⁊. iij. xxiij. q. j. §. Iz illud. in pn. ⁊ de b satis. s. Ex q liqđo pz q̄ ciuilitas christiana ⁊ politia ⁊ quantū ad spūalia/⁊ qntū ad tpalia/ad eundē pncipatū prinet. ⁊ b clamat tota sacra scriptura: q̄ sumus oēs christifideles vna cōmunitas ⁊ vnus ppl⁹: nos ⁊ nostra pfecto que nos sectant. vna em̄ fides: ⁊ vnū baptisma: ⁊ vna ecclesia collectio fideliū. ad Eph. iiij. xij. q. j. dilectissimus. xxiij. q. j. loquit. de conse. di. j. ecclesia. et de hoc. s. ¶ Vnⁿ pnceps regēs politiā christianā.

¶ Viso aūt q̄ politia christiana sit simpliciter vna: tunc facile est videre q̄ vnus est pncipes regēs ⁊ dirigēs eā: quia vnius politie vnus est pncipes primus et pcipuus: quia pluralitas pncipatuū nō est bona. vt dicit xij. metaphysice. in vna ergo politia vnⁿ pncipes. vt pz. ca. in apibus. quia diuersitas pncipatuū diuisio regni ⁊ politie est: ⁊ materia guerre ⁊ diuisiōis. Matth. xij. Lu. xj. Omne regnū ⁊c. xxv. q. ij. si ea. Vñ ratio Joan. ch: yh. q̄re turbata fuit hierosolyma cum herode. Matth. ij. est: q: ti muerūt ne scz psenti ⁊ futuro rege adimicē certantibus: ipsi grurbation⁹ hōis inuoluerent. Nec pōt dici q̄ sit vnus pncipes in ratiōe finis: ⁊ plures in ratione agētis ⁊ mouentis: quia sicut ☞ dat. ⁊c. ij. Metaph. in quolibet genere cause oportet vnū primū dare/ad quod oia posteriora reducant: ⁊ ita oportet in pncipatu christiano esse vnū primū pncipē regentē ⁊ mouentē/siue gubernantē totā politiā. facit ad hoc. ex q̄ fi. sint legi. p venerabilē. §. rationibus. Preterea ponere plures pncipes nō subalternos regētes ⁊ mouētes eosdē subditos: vnū videlz rōne spiritualiū: ⁊ aliū rōne tēporaliū/est facere ordinē illius politie inconexū ⁊ nō stabilē; quia interdū cōtingit pncipē co: poraliū pcipere pugnare: ⁊ pncipē spūaliū ꝓhibere illam pugnā: vt tota die contingit inter christianos. Ista ratio optime ꝓbatur. xix. di. ita dñs. ¶ Contingit etiā istos duos dños ⁊ pncipes eodem tēpore pcipere diuersa: vt vnus pcipiet ire ad agrum: alius ad ecclesiā; que in eodē tēpore nō possunt fieri: q: nemo pōt duobus dñis seruire. Matth. vj. ⁊ Luc. xvj. subaudi cōtrarijs: vt no. de peni. di. j. omnis qui odit. sub. §. hoc idē. ⁊ de peni. dist. ij. nemo pōt. sub. §. romanos. quare sequit ordinē talis politie esse inconexū ⁊ nō stabilē: quod est inconueniēs fm Ber. nihil ordinatū ordo recipit. ar. ad hoc. ex de ap. cōsa. ḡliter. s. §. ideoq;. i fi. ibi: qm̄ ex his. ¶ Hoc etiā pōt manifestari ex vnitate finis. Omnes em̄ de ciuilitate christianā ad eundem finē ⁊ sub eadē ratione ordinant: scz ad gratiā/charitatē et vnitatē: que sunt vincula pfectionis in via. ad Col. iij. ad Eph. iiij. ⁊ ad finalē beatitudinē in patria vbi est illa vnitas. de q̄ Ps. cxxj. Cuius participatio eius in idipsum. ⁊ de qua Aug. nō erit ibi aliqua inuidia disparis caritatis. vbi in omnib⁹ regnat vnitas charitatis. ⁊ de q̄ Greg. Tāta vis charitatis oēs sibi ibi associat: vt bonū qđ q̄sq; in se non accipit: in alio se gaudeat accepisse: sed cuilibet vni fini corresponder vnū agens dirigens in finē illum: plura em̄ agentia distincta specie ⁊ natura nō habētia ordinē adinuicē nō possunt dirigere ad vnum finē sub vna ratione. ergo in ciuilitate christiana debet esse vnⁿ pⁱᵐ⁹ pnceps dirigēs oēs eiusdē politie ad finē ppriū eius: ⁊ sicut vnus homo fm Aug. primo creatus est: vt in eo et ex eo cōstitueret vna creatura. vt. xxxiij. q. v. nec illud. Item vnus rector: pncipalis totius illius nature qui eā ducat ad vnū deū q̄ creauit eā. Beñ. s. vnde ⁊ dñs papa sup oēs infideles recepit potestatē a christo. Joan. vlti. per verbū illud: pasce oues meas. vt latius superⁱ⁹ declarauī in. xxxvij. ar. ¶ Viso q̄ politia christiana est vna: ⁊ eiⁿ⁹ est vnus pnceps regens ea: ostendendū est q̄ iste primus ⁊ supremus pnceps est summus pontifex: q̄ est monarcha ecclesiasticus. hoc aūt pōt ostēdi ex tribus. Primo ex auctho: itate legislatoris/scz saluatoris nostri iesu christi. Secundo ex dignitate officij ipsius summi pontificis. Tertio ex ordine ipsi⁹ ad oēs subditos christianos. ¶ Ex auctho: itate iesu christi pz. nos em̄ nō possumus: nec debemus aliū ponere rectorē gregis dominici/nisi eum quem christus posuit: scz petrum ⁊ successores eius. dixit enim Matth. xvj. petro: Tibi dabo claues ⁊c. ⁊ iterū: Tu es petrus ⁊c. ⁊ rursum Joan. vlti. Pasce oues meas. et b̄ bis replicauit sibi ter. ex de elec. significasti. ⁊ de maio. ⁊ obe. solite. vj. q. j. imitare. ⁊ fm sanctos hoc fecit christⁿ: vt ostenderet q̄ petrus ⁊ successores eius deberēt pascere gregē dominicū/verbo p̄dicationis/exemplo cōuersatiōis: ⁊ auxilio tēporalis subsidij. sicut christus pauit. v. milia hominū. Joan. vj. Matth. xiiij. Mar. vj. Luc. ix. ⁊ iterū. iiij. milia. Mar. viij. Matth. xv. xxvj. dist. §. ecce. Ex quo apparet q̄ christus nō statuit petrū rectorē populi sui solū qđ spūalia: sed etiā quoad tempo: alia. hoc probat. xxix. dis. §. j. ¶ Secundo hoc apparet ex dignitate officij summi pōtificis. Summus em̄ pontifex est summⁿ sacerdos. xxj. di. §. j. Sacerdotis aūt officiū est dignissimū. j. q. j. ipsi sacerdotes. ⁊ ideo dignissimo hominū est cōmittendū. xviij. dist. qui eps. ⁊. xxxviij. di. que ipsis. ⁊ Phs. vij. poli. dicit q̄ officiū sacerdotū cōmittendū est iudicibus: qui ciuitatē regunt: qui digniores sunt in politia. ⁊ sic sacerdotiū ⁊ iudiciū eis cōpetunt: ergo summū sacerdotiū summo iudici ⁊ ecōuerso. fm illud logicale. si simpliciter ad simplicis ter: ⁊ magis ad magis: ⁊ maxime ad maxime. ⁊ in Deut. xvij. Si difficile ⁊ ambiguū ⁊c. ex qui fi. sint legi. pvenerabilē. §. rationibus. ⁊ de hoc satis. s. Deus etiā voluit p sacerdotalē dignitatē tēporalē instituere ⁊ destituere. sicut apparet in primo libro regū de samuel ⁊ saul. ⁊ de hoc. s. dixi. ⁊ in signum huius dominij ⁊ vicarij sui/mandauit dñs de omnibus leuitis. xxij. q. j. §. his ita. decimas dari ab oēmibus; a quibus nō est exemptus etiā imperator. no. ex

de maio. ꝛ obe. omnes. xvj. q. j. reuertimini. ex de deci. tua nobis fraternitas. et ab hac sicut subditus soluit decimas melchisedech. Ben. xiij. ad Heb. vij. vt. s. dixi. Jrē hec cōclusio ꝓbat tali euidentissima ratione scz ex ordine ipsi⁹ romani pōtificis ad oēs subditos christianos. Oēcūq; alicui ex dignitate et officio suo essentialiter et per se cōpetit aliquid: competūt ei oīa sine quibus illud principale et essentiale nō pōt haberi vel exerceri. vt de hoc ex presse legit. ex de offi. del. Preterea. vbi est casus. facit. xvj. q. j. si monachus. ff. de re iudi. quidā consulebant. Jrē in coneris iuris est. dist. viij. quo iure. ff. de hoc. itē accessorium natūrā seq̄ ꝓgruit principalis. ex li. vj. de reg. iur. accessoriū. vbi de hoc. Sup. adicta ꝓpositio videt simpliciter vera. nūc autē summo pontifici in eo q̄ summus pōtifex est: deberur essentialiter ꝛ p se populū christianū deducere ad vitā virtuosam/ad gratiā ꝛ charitatē invia: vt tandē possit peruenire ad gloriā in patria. Hoc em est p se de officio summi pontificis. quū sit pastor ꝛ custos principalis dñici gregis. vñ dicit ei: Pasce oues meas. Joan. vlti. vt. s. in principio dixi. ergo debent sibi oia sine q̄bus ista haberi nō possunt. Cōstat autē q̄ fine cognitiōe ꝛ correctione morū/ꝛ inflictione penarum: quibus mali coerceñt ꝛ boni quietant: nō possunt ciues deduci ad vitā virtuosam. iiij. di. facte sunt. ergo summo pontifici debet cognoscere de actibus humanis ꝛ iudicare ꝛ corrigere mores ꝛ penas infligere. ad hoc facit ex de iudi. nouit. ꝛ videtur ista ratio concludere efficaciter si quis voluerit eā diligēter cōsiderare. Hoc etiā ostendit ex hoc q̄ summus pontifex per se vel per alios authoritate sua instituit oēs de ciuilitate christiana p collationē sacramento: ū quib⁹ confignant ꝛ muniunt fideles. de conse. dist. v. nūquid. ꝛ distinguunt ab infidelib⁹. j. q. j. q̄ quidā. ipse etiā ejcit q̄n videtur expedire a cōmunitate fideliū quos inutiles vel nocuos videt. iij. q. iiij. engeltrudā. xj. q. iij. audi deniq̄. c. nolite. c. nemo. xxiij. q. iij. resecande. ꝛ nō separat talē a cōmunione fideliū solū quoad spiritualia: verū etiā quoad tēporalia. ex de here. c. absoluros. c. excōmunicam⁹. §. credentes. xv. q. vj. iuratos. xxij. q. v. ꝓceptum. vñ ipse aperit in terris portas politie christiane: ꝛ nemo claudit: ꝛ claudit ꝛ nemo aliq⁹ aperit. Apoca. iij. talis autē videt habere plenam potestatē ꝛ principatū in politia: cuius iudicio ꝛ imperio quilibet de politia admittit vel ejcit de politia. Nam quū aliquis de politia ejcit: omnis principat⁹ quē in politia illa obtinet: sibi aufertur si simpliciter ejcit. vel sibi ad tempus interdicit: si simpliciter nō ejcit. vndemultus excōmunicatus potest iuste aliquod officiū vel principatū exercere in politia christiana. vt iuribus ꝓprie allegatis: ꝛ de hereticis. ad abolēdā. §. statuimus. cū. §. seq. ex de re iudi. ad ꝓbandū. ex de imu. eccle. aduersus. §. penul. ꝛ vlti. ex de elec. venerabilē. §. sunt em. ibi: Excōmunicatio publica. ¶ Et ideo qui concedit summū pōtificem habere plenitudinē potestatis in spūalibus: concedunt ipsum necessario habere plenitudinē potestatis in tēporalibus ꝛ corporalibus. Nā totus homo christianus spūalis est. vnde dns in Joāne. Joan. iij. Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua ꝛ spūsancto ꝛc. ex de bap. debitū. de conse. di. iiij. filij⁹ dei. ꝛ. c. nō dubito. homo em renascit in baptismo: ꝛ induit nouū hominē qui fm spiritū est: ꝛ exuit veterē hominē qui fm carnē est. fm sententiā Pauli ad Eph̄. iij. c. quapropter totus est de foro ꝛ iurisdictiōe nouī hominis: qui est fm spiritū ipse ꝛ oia que possidet: quia non possidet ea nisi ad talē vitā q̄ est fm spiritū. ꝛ ideo christiani volētes carnaliter viuere fm veterē hominē: cogūtur violenter vel cogi debēt: ex quo christianam religionē profesi sunt: viuere fm spiritū. ar. ad hoc. xxiij. q. iij. displiceret. c. nō inuenitur. c. si ecclesia. ꝛ. q. v. ad fidem. ꝛ. c. si vos. xxij. q. j. c. fi. Ex quibus apparet monarcham ecclesiasticū qui summus pōtifex: esse primū ꝛ summū principē regē/tem totam politiā christianam plene quoad omnia: licet immediatius regat spiritualia tamē dignio: a ꝛ principalio: a. mediatius autē tēporalia ꝛ extrinseca tamē viliora ꝛ minus principalia per rectores ꝛ dños temporales: qui sunt renati ex aqua ꝛ spiritu sctō. alās non possent habere principatū in politia christiana. ar. ad hec. iiij. dis. nulla officia. ex de indeis: quum sit. ꝛ. c. et speciali. Cōfert igitur deus gratiā in baptismo. ex in clementi. de summa trini. fidei. ꝛ ex de bap. maiores. §. illud. per quē pōr quis acquirere prudentiā et sapiētiā ad regendū populū christianū. Ex puris aūr naturalibus nullus potest acquirere virtutes/que sufficiant ad regendū populū dei: quum virtutes sine charitate sint informes. q: si tradidero corpus meum ꝛc. j. ad Cor. xiij. j. q. j. vide de peni. dis. ij. §. cui denter itaq;. ex de renun. ff. quū ꝓdidem. §. porro. vnde et Augusti. Ubi enim deest agnitio eterne ꝛ incōmutabilis veritatis: falsa est virtus etiam in optimis moribus. xxviij. q. j. §. ex his. Charitatem autem creatam infundit deus p se et per gratiam suam: quia ipse charitas increata. quia deus charitas est ꝛc. j. Joā. iiij. quare catholice ꝛ virtuose regere populū/a solo deo est: quū ad hoc virtutes morales quas ex principijs nature per consuetudinē acquirere possumus. dist. j. mos autē. nō sufficiant. optime facit ad hoc. xxiij. q. iiij. si nō ex fidei merito. in prin. licet possint sufficere ad regendum populū gentilē: qui nō regitur ad finem supnaturalem. nam fm Hiero. romani virtutibus promeruerunt imperiū. xxviij. q. j. c. omnes deinceps. §. ex his. sed glos. ibi intelligit virtutibus politicis: nō theologicis: que sine charitate habentur. vnde ꝛ virtus prior fortitudine ponitur. ff. de alea. quibus. vera autē ffortus theologica apud infideles esse non potest. xxiij. q. j. ff. sana. vñ in collationū lib. Joan. cassi. in collatione de castitate. dicit ibi ch:emon sanctus pater/q̄ sez quasi corporalem cōtinentiā potuerunt habere antiqui philosophi morales: sed castitatem nō/scz que est mentalis. xxxij. q. v. de pudicitia. vnde quū Zopyrus physiognom⁹/Athenis de Socrate philosopho dixisset: Ecce oculi corruptor puerorū: ꝛ discipuli socratis irruissent in illum aduenā philosophū propter iniuriam dictam de magistro suo: ait Socrates: Parcite sodales: verum quidē dixit/sed conniueo. q. d. inclino: ad hoc/sed vinco me. Et in signum virtuose regendi reges catholici inunguntur ꝛ benedicunt per pontifices inuocando super eos gratiam spūssancti. ad ostendēdum q̄ fine speciali dono spūssancti nō sunt sufficientes regere populum sanctum dei. ex de sacra vnc. c. j. §. man⁹. ꝛ. §. quia ffo. ꝛ. ij. q. vij. §. item quū balaam. ff. item quum dauid. Patet ergo ex iā dictis/q̄ dispositio ad oēs principatus politie christiane vna est cōmunis/scz baptismus: q̄ cōstituit hoiem intra politiā christianā. Sūt autē in politia christiana multi principat⁹ particulares habētes ordinē sub vno principatu totali: ꝛ iō non est mirū si aduersus principat⁹ ordinatos adinuicē requirant diuerse dispositiones ordinate. ar. ad hoc. xxxv. di. singula. vñ in rege requirit prudētia: q̄ est recta ratio agibiliū. vñ. ij. Regū. iij. petijt Salomō a dño: Dabis seruo tuo cor docile: vt iudicare possit ppl'z tuū: ꝛ discernere iter bonū ꝛ malū. Eccli. x. Rex insipiēs disperdet ppl'm suū. In platis ffo ecclie: q̄rū principat⁹ est altior: requirit prudētia de agēdis. xxxix. dis. §. j. ꝛ. c. petr⁹. ꝛ sapiētia de diuinis. xxxvj. di. §. ecce. xliij. dis. sit recto:. Et ideo sicut in cōsecratiōe epor/requiritur ab eis an sciūt nouū ꝛ vet⁹ testamētū. xxxviij. di. oēs psallētes ita req̄rit ab eis an sciūt disponere domui sue. j. ad Timothe. iij. xlvij. di. §. j. vbi de hoc. ꝛ de vtroq; req̄re. xxij. dist. q̄ eps. Ubi platī nō solū exercēt vitā cōtemplatiuā: verū etiā actiuā. xxxvj. di. si quis. ex de renū. nisi. §. nec putes. ex ꝓplo saluato: is nostri qui q̄nq; ascēdebat in montē solus orare. Mar. vij. ꝛ Luc. vj. p quod significat cōtemplatio fm Bedā. ibi: ꝛ q̄nq; descēdebat ad cāpestria ad ꝓdicādū turbis. vñ Lucas: Descēdēs Jesus de mōte stetit in loco cāpestri. Lu. vj. p quō significat actio. ꝛ apls. j. ad Timoth. iij. loquens de plato ait. si quis aūt domui sue ꝓesse nescit: quō ecclesie dei diligentiā habebit: q. d. nullo mō. xlvij. di. §. nec

In politia christiana plures principatus particulares.

Ex puris naturalibus acq̄runt virtutes.

Politie christiane finis vnus.

esse.Ex quo patet q̄ plat⁹ debet esse actiuus ⁊ cōtemplatiuus. Itē finis vltimus totius politie christiane vn⁹ est:qui est supnaturalis.vr.s. tactū est.ad quē oēs p̄incipantes in ista politia incedunt:licet aliqui immediatius alijs.sicut in omni politia contingit vbi plures p̄incipātes sunt o:dinati.inferio:aurē p̄incipatus habet finē intra se qui o:dinatur ad superio:ē:⁊ tandē omnes o:dinātur ad finē p̄imi seu supremi p̄incipantis:vt plenius cōtur ad finē p̄imi seu sup:emi p̄incipantis:vt plenius cōmentato: declarat.xij. Meta. et Dionysius de angelica hierarchia.⁊ facit.xj.q.iij.q̄ resistit.⁊ bene facit.xxv.di. plecris.ℵ.ad ep̄m p̄tinet.vnde diuersitas finiū o:dinato:um adinuicē magis arguit vnitatē p̄incipatus q̄ diuersitatē. Itē ſm beatū Thomā in lib:o cōtra gentiles lib.iiij.c. quia ℵo omniū ho:ū.q̄uis populi christiani distinguant̄ per diuersas dioc.⁊ ciuitates.xiij.q.j.ecclesiis.tñ sicut vna est ecclesia:ita opo:ret esse vnū populū christianū.de cōse. dist.j.ecclesia.sicut ergo in vno speciali populo christi reqritur vnus ep̄s:qui sit totius populi caput.lxx.dist.illud. ex de p̄nile.c.j.xciij.dist.legimus.ita in toto populo christiano requirit̄ q̄ sit vnū totius ecclesie caput.ad hoc.xxj. dist.q̄uis.lxx.dist.in illis.in fi. Itē ad vnitatē ecclesie reqritur q̄ omnes fideles in fide cōmunicēt.Circa ea ℵo q̄ fi dei sunt:contingit questiones moueri.p diuersitatē autē sententiarū diuideret ecclesia:nisi in vnitate p vnius sententiā conseruaret.sicut fuit rep̄o:e arrij/sabellij/⁊ alio:ū hereticoꝝ capitū heresum.Exigit ergo ad vnitatē ecclesie conseruandā/q̄ sit vn⁹ qui tori vniuersali ecclesie p̄sit. facit.xix.dist.ita dñs.xxiij.q.j.nō turbak.⁊.c.quoties fidei rario.⁊ melius.xciij.di.legimus.⁊.xcv.di. olim. manifestū est aūt q̄ christus nō defecit ecclesie quā dilexit:⁊ p:o qua sanguinē suū fudit. Apoc.j.facit ex de homi.p:o humani. j.rñso.li.vj.quū ⁊ de synagoga dicatur:Quid vltra debui facere tibi ⁊ nō feci:Esa.v. nō est ergo dubitandū quin ex o:dinatione christi vnus toti ecclesie p̄sit. exp:essum.xxij. di.sacrosancta.ibi:Et post pauca.adhuc nulli dubium esse debet quin ecclesie regimē sit optime o:dinatū: vtpote p eum dispoſ̄tū per quē reges regnant et legū conditores iusta determinant: als decernūt. P:ouerb.viij. Primū aūt regnū multitudinis est vt regat̄ per vnū:q̄ patet ex fine regiminis que est pax.pax em̄ ⁊ vnitas subdito:ū est finis regentis.xxiij.q.v.p:incipes. vnitatis aūt causa cōgruētio: est vnius q̄ multo:ū.ar.viij.q.j.in apibus. Maxime ū est igit̄ regimē ecclesie sic esse dispositū/vt vnus toti ecclesie p:esit. ¶ Amplius ecclesia militans a triūphanti ecclesia p similitudinē deriuat.vt Joan.in Apoc. vidit hierusalē nouā descēdentē de celo ⁊c. Apoca.xxj.in p:in.⁊ moysi dictū est/q̄ faceret omnia ſm exemplar ei in monte monstratū.Exo.xxv.in fi.et.c.xxvj. In triumphāti aūt ecclesia vnus p̄sidet: qui etiā p̄sidet in toto vniuerso ſcz deus.dicit em̄ Apoc.xxj.ipse populus eius erit: et ipse cū eis erit eoꝝ deus.ergo in ecclesia militanti vnus est q̄ p̄sidet vniuersis.ad hoc.lxxxix.di.c.vlti.hinc est etiā q̄ Joel.j.dicit:Congregabunt filij iuda et filij isrl pariter: et ponent sibi caput vnū. ⁊ Joan.x. Fiat vnū ouile et vnus pasto:.⁊.ℵ.dixi. Si quis aūt dicat/q̄ vnus pasto:⁊ vnum caput est:qui est christus/qui est vnus ⁊ vn⁹ ecclesie spōsus:nō sufficiēter rñdet.manifestū est em̄ q̄ omnia sacramenta ecclesie ipse christus p̄ficit:ipse est qui baptizat.de conse.di.iiij.filios dei.ipse est qui peccata dimittit.j.q.j.cito turpem.ℵ. p̄sertim quū dñs ⁊c.⁊.c.fic aūt de⁹.c.remissionē.c.dedit.de pe.i.dist.verbū dei. Joan.j.Ecce agnus dei ⁊c.⁊.j.hic est qui baptizat.ipse est verus sacerdos q̄ se obtulit in ara crucis.⁊ cuius virtute corpus eius in altari quotidie consecrat.ex de sum.trini.c.j.ℵ.vna.de cōse.di. ij.quia corpus. ⁊ tñ quia corporaliter nō erat cū omnib⁹ fidelibus permansurus: elegit ministros p quos p̄dicta fidelibus dispensaret:⁊ dignū fuit q̄ alicui cōmitteret loco sui qui vniuersalis ecclesie gereret curā. ex de homi.p humani.j.rñso.li.vj. hinc est q̄ petro dixit ante ascēsionē: Pasce oues meas. Joan.vlti.⁊ ante passionē.Et tu aliq̄n conuersus confirma fratres tuos. Luc.xxij.⁊ ei soli p̄missit.Matth.xvj. Tibi dabo claues ⁊c. vt ostenderet̄ potestas clauiū p eum ad alios deriuanda ad cōseruandā ecclesie vnitatē. vt p:e.c.ita dñs. Nec dici pōt q̄ ita petro cōmisit hāc potestatē/q̄ ad alios successores petri nō deriuet̄:quia christus sic ecclesiā instituit vt esset vsq̄ ad finē seculi duraturā/ſm illud Esa.ix. Sup soliū dauid.et sup regnū eius sedebit:vt confirmet illud/⁊ coroboret in iudicio:⁊ iustitia amodo ⁊ vsq̄ in sempiternum.⁊ Matth. vlti.Ecce em̄ vobiscū sum vsq̄ ad cōsummationē seculi.⁊ exp̄ssum p:e.c.p humani.ex de maio.⁊ obediē.§.fi. Itē q̄ sit vtilius regi cōmunitatē ecclesie p̄incipaliter p vnū spūaliter ⁊ tempo:aliter:patet. quū ex potētia.nā in vno p:incipante magis est virtus vnita:⁊ ideo est fo:rio: q̄ in pluribus dispertita.ſm p̄m. Tum ex vnitate et parte q̄ intendi debet in regimine multitudinis.vr.ℵ.dixi. Nam plures p:incipantes sup eamdē multitudinē nō seruant pacē multitudinis nisi fuerint vniti ⁊ cōcordes. Si ergo ꝓpter quod vnū quodq̄ tale ⁊ illud magis.ſm p̄m. vnicus p:incipans ſm virtutē magis poterit seruare pacē:⁊ nō tam de facili poterit turbari par ciuiū: quia facili⁹ q̄s secum concordat q̄ multi adinuicē.iuxta illud Caronis: Conueniet nulli qui secū dissidet ipse.quia vbi multitudo: ibi cōfusio ⁊ diuisio.ar.xciij.dist.legimus.ℵ.sed dices.ibi: diaconos paucitas ⁊c.ex de eta.⁊ qua.quū sit.vbi de hoc. Tum quia p:inceps vnus intendēs bonū cōmune habet oculū ad magis cōmune: q̄ si plures dominent.etiā ſm virtutem:quia quanto plures excipiunt̄ a communitate: tanto residuum est minus cōmune.Et quāto pauciores: tanto est magis commune. ꝓpter quod dicit p̄bs q̄ inter p̄incipatus intendētes suū p:opriū intendit:⁊ cōtemnit magis cōmune. Tum quia in naturali regimine videm⁹ totū regimē ad vnum reduci:vt in misto co:po:e vnū elemētū dominat. In humano co:po:e⁊ homogeneo/vnū est p:incipale membrū in toto hoie/anima: que continet oia elementata. Animalia etiā gregalia:vt apes ⁊ grues/ quibus est naturale in societate viuere:subsunt vni regi. vij.q.j.in apib⁹.adde hic quod scripsi.j.in ar.liij.ℵ. ad cōfirmationē. Considerandū etiā est q̄ mirabiliter diuina puidentia factū est vt in romana vrbe: quā deus puiderat p:incipalem fore christiani sacerdotij sedem:iste mos paulatim inoleſceret:vt ciuitatis rectores/⁊ ſi nō ex debito iustitie:quū simpliciter maiores essent sacerdotib⁹.tñ in signū futuri sacerdotij excellentie cui amplio: reuerētia deferēda erat:sacerdotibus plusq̄ ceteris locis voluptarie subderentur.dicēte Valerio maximo.in p:imo titu. de cultu deoꝝ.Omnia post religionē ponēda semp nostra ciuitas duxit.etiam in quibus summe maiestatis cōspicī deus voluit. Apud etiā gallos ⁊ gentiles sacerdotes q̄s druides nominabāt:totū bellū gallicū definirēt:vt dicit Julius cesar in lib:o suo de gallico bello. Puto etiā q̄ cadē puidētia diuina factū est ſm leonē in sermone ap̄lo:ꝝ petri ⁊ pauli:vt sedes summa vicarij christi in vrbe consti tueret.q̄ erat caput ⁊ dña totī⁹ mūdi:licet p vsurpationē/ vt summ⁹ pōtifex/rector ei⁹ totī⁹ mūdi ibi iurisdictionē ⁊ dominiū verū haberet. ex de elec. fundamēta.ℵ.j.lib.ſi. nō per vsurpationē vt imperatores idololatre:sed p veram institutionē ⁊ commissionē veri regis oñi nostri iesu christi:cui pater ait in Pſ.ij. Postula a me ⁊ dabo tibi gētes hereditatem tuā:⁊ possessionē tuā terminos terre. et nūc reges intelligite. qui iudicatis terram.⁊ istud impleri opo:tuit ſm Augustinū.xxiij.q.iiij.ℵ/splicet.ad fi.ℵ. repetis. ibi: Et nō attendis quia tunc p:imū.c.nō inuenitur.c.ſi ecclesia. ibi: Tunc em̄ illud p:opheticū nō complebat:Quare fremuerunt gentes.Hanc iurisdictionē tempo:alē exercuit christus in signū q̄ ipse verus rex erat etiā in quantū homo:quū de templo emētes⁊ vendētes cum funiculis.nō.x.di.qm. eiecit. Matth.xxj. Joā.ij. Mar.xj. Luc.xix.j.q.iij.i multis.⁊.c.vēdētes.xxiij.q.iiij.q̄ peccat. Itē legit̄ de ipo q̄ misit discipulos in hierlm vt tollerent asinā ⁊ pullū;⁊ dicerēt q̄m dñs

ñs opus habet. Marc.xj. Matth.xxj. Luc.xix. ⁊ Joan.xij. ergo tamꝫ dñs illa animalia petebat: ⁊ sicut sua. Verba aũt meũ ⁊ suũ dominiũ sapiũt. vt legit ⁊ no. dist. viij. quo iure. Jtẽ legit dñs demones misisse in porcos: qui statim p̃cipitaueruꝫ se in mare: nec tamẽ dñm porcoꝝ requisiuit: immo qui pascebant porcos fugerunt ⁊ nuntiauerũt in ciuitatẽ. Mar.v. Matth.viij. Luc.viij. Jtẽ Matth.vlt. Data est mihi omnis potestas in celo ⁊ in terra. glo. ei q̃ fuit mortuus ⁊ crucifixus. et de hoc etiã s. Jtẽ Aug.ij. de ciui. dei. c.xxj. ⁊ .s. sacrũ. dicit ꝙ sine iustitia nõ pot regi respublica. Nã aũt iustitia nõ est vbi christus nõ est rector et sic respublica nõ est recta ⁊ vera: cuiusmodi debet esse populi christiani res in q̃ spectat de iure gubernario ad papam q̃ est christi vicarius. et sic papa vtrãqꝫ potestatẽ immediate a deo habet. ad ꝟ fuit allegatũ. s. xxiiij. g. j. vbi.

¶ E Jtẽ error est Ualdensiũ hereticoꝝ successoribus apostoloꝝ sc̃z pape ⁊ prelatis ecclesiasticis repugnare dominiũ in tẽporalibus: nec eis licere habere diuitias tẽporales. vnde ecclesiã dei ⁊ successores apostoloꝝ veros ꝓ laros ecclesie dei dicunt fuisse vsqꝫ ad Sylvestrũ: a cui⁹ tẽpore facta donatione sibi ⁊ ecclesie p̃ costantinũ imperatorẽ dicunt romanã ecclesiã que modo est: que ꝺm ipsos nõ est: defecisse. Nam intrũ ecclesiã esse dicũt: inquantũ p successores apostoloꝝ fuit continuata vel reparata. Qui error destruitur. xij. q. j. quasi p totũ. nã clerici ⁊ epi seculares ⁊ in oñi cõmuni ⁊ in speciali ꝓpriũ habere possunt: vt in. c. illius questionis. ⁊. xxiij. q. vij. c. j. ij. ⁊. iij. ⁊. q. viij. cõuenior. ⁊. xiiij. q. j. ꝧ. j. Adde hic quod scripsi. lxviij. ar. ꝧ. igitur ꝧ. insup qõ dicit. ¶ F Fateor aũt ꝙ diuitie ⁊ dñia tẽporalia habentibus ipsa non formaliter aut causaliter: sed occasio cupiditatis sunt ⁊ viscus quodãmodo aie. ⁊ Isidorus in canone: Amorẽ pecunie quasi materiã cũctorũ criminũ fugiant. xxiij. di. his igit. facit. lxxviij. dist. quid aliud. Palea est. vnde Amb. in li. de officijs dicit: Feralis inquit auaritia: illecebrosa pecunia: que habẽtes cõtaminat: nõ habentes nõ iuuat. esto tñ ꝙ aliqñ iuuet pecunia inferiorẽ: qd ad alios: si sit ille copiosior q̃ habet. nũquid idcirco honestior: q: habz quo plerũqꝫ honestas adimit? Item Ber. de colloquio simonis ⁊ iesu dicẽs: Hec fugiẽdarũ diuitiarũ ꝑcipua causa est. ꝙ vir aut nũq̃ sine amore valeat possideri. limosa siquidẽ et glutinosa nimis nõ modo exterior: verũ etiã interior substantia nostra videt: ⁊ facile cor humanũ oibus que frequẽtar adheret. Item Aug. s. Ps. cxxij. Nõ sunt iste vere diuitie: sed mẽdicitas. quia quãto magis crescunt: crescit inopia auaritie. xlvij. di. ficut. xiiij. q. iiij. quid dicã. nõ sunt vere diuitie que plus augent cupiditatẽ ei qui eas possidet. Jtẽ Aug. de lapsu mundi. In diuitijs nihil tam cauendũ est ꝙ superbie motus. qui emꝫ nõ habet diuitias: nõ habet amplissimas facultates: nõ habet vnde se extollat. Idem de verbis dñi. Nihil emꝫ sic est qõ generet superbiã: sicut diuitie. Omne granũ: omne germẽ habet vermẽ suũ. vermis diuitiarũ superbia est. Jtẽ Greg. j. moral. Solet inquit rerũ abundantia tanto a timore diuino mentẽ soluere: quãto hanc exigit diuersa cogitare. Nam dum foris ꝑ multa distrahit: sagire in intimis fixa phibet. Idẽ in homilia sup illud Luc. viij. Exijt qui seminat. Si nos inquit vobis spinas diuitias significare diceremus: ad credendũ nobis mẽs forsitan vestra dubitaret. vnde ⁊ idẽ dñs ꝑ semetipsuꝫ dignatus est exponere qui dicebat. q̃s vnq̃ mihi crederet: si spinas diuitias interpretari voluissem? maxime quũ ille pũgant: iste delectẽt: ⁊ tamẽ vere spine sunt: q: cogitationũ suarũ punctionibus mentẽ lacerãt. ⁊ dũ vsqꝫ ad peccatũ ptrahunt: quasi inflicto vulnere cruentant. Item Aug. de lapsu mundi: Diuitie ipse q̃s putatis plenas esse delicias? plenioꝝ sunt periculoꝝ. Item Ambro. in li. de officijs tractans illud Matth. x. Nolite possidere aurũ ⁊ argentum nec pecuniã. Velut face pullulantẽ in pectoribus humanis succẽdit auaritiam. Sup eumdẽ quoqꝫ sermonem Chrysо. homilia. xxxij. Non dixit nolite accipere aurũ; sed si aliunde possibile est accipere: fugite hanc perniciosam egritudinẽ: ereni multa per hoc emendabat. Jtẽ Chrysо. sup Matth. homilia. lxiij. Nihil ira extinguit cupiditatis sitim: sicut desistere a lucrãdi cõcupiscẽtia: sicut amaram cholerã abstinẽtia ⁊ euacuatio. facili⁹ emꝫ est hoies existẽtes volare: quã adiectione pluris quiescere facere desiderijs. Et Aug. li. lxxxiij. questionũ. Charitatis venenum est spes adipiscendoꝝ tẽporaliũ. Predicta originalia aliq̃ a. vbi. s. Fateor aũt. vsqꝫ huc/posui etiã cum multis alijs originalibus pauptatis. j. in. ij. parte. ꝧ. hoc aũt preceptũ. in pñn. in ar. lxv. Unde et in antiqua legẽda beati sylvestri legitur ꝙ in donatione facta sibi a costantino/audita est vox angeloꝝ in aere dicentiũ: hodie in ecclesia venenum effusum est. de quo constantino dicit Hiero. ꝙ ab ipso vsqꝫ ad presens tempus ecclesiarũ rapine et totius orbis discordia secuta est. Uerũtamen quia ꝺm theodoꝝ in collatione de nece sanctoꝝ in li. coll. Joan. cassi. dicit ꝙ diuitie sunt medie inter bonum ⁊ malũ: quia nec simpliciter bone: nec simpliciter male. ideo ecclesia ⁊ clerici nõ phibenẽ habere: quia debent ⁊ possunt eas vtiliter dispẽsare: ⁊ cor ab auaritia eleuare. ad hec. xij. q. ij. aurũ habet ecclesia. xxx. di. hoc aũt scripsimus. xxxiij. q. v. ꝺm ꝟba apostoli. lxxxvj. dist. nõ satis. diues Zacheus/sed bonus: quia aliena restituit: ⁊ de remanẽtibus largas elemosynas fecit. Luce. xix. ¶ B Jtẽ ad propositũ redeundo/in argumentũ superioritatis ⁊ dominij pape ad imperatorẽ possunt induci exẽpla ethnicoꝝ regum ⁊ imperatoꝝ. Scribit emꝫ magister Petrus manducator: in historijs: Alexandrum macedonẽ monarcham orientis habuisse in visiõe de Joiada summo põtifice iudeoꝝ: vt ipsi tamꝫ superiori et digniori honorẽ deferret. Propter quod quũ dictus Alexander in iudeã veniret cũ proposito destruẽdi et humiliandi iudeos: post dictã visionẽ in itinere habitã ipso appropinquante hierusalẽ: Joiadas pontifex a deo in visione instructus cum reliquis sacerdotibus in pontificalibus Alexandro extra ciuitatẽ occurrit. Qui alexander vt ipsum vidit pontificalibus ornatũ ⁊ cidaris vbi erat scriptum nomẽ dei tetragrãmaton ꝺm legẽ in fronte põtificis: statim de equo descendit: dignissimeqꝫ antiquitẽ veneratꝰ est: nomẽqꝫ adoꝝauit diuinũ. Quũ autẽ principes eius admirarentur quod imperator fecerat. Rndit ꝙ no ipsum adoꝝasset: sed deum cuius principatũ tenerent: ⁊ vices gereret: ⁊ in somnis pridie deum in tali habitu cõspexisset. qui ⁊ iusserat ei de asia cõfidere: ad cuius aspirauerat monarchiam. Veniẽs igit cũ Joiada in hierlm/templũ maximis honoribus auit donis. Barbaricamqꝫ contra iudeos feritatẽ deponens: ipsos ab omni exemit tributo ac libertate donauit. ꝓpter quã causam prosperatũ est eius imperiũ. Simile legit de Totila rege vandaloꝝ circa Leonẽ papã in anno dñi. cccc. vr habet ex chronicis summoꝝ pontificum. qui Leo papa veniẽs de vrbe: occurrit eidem Totile in planicie lõgobardie quã flãmãti gladio crudeliter deuastabat. Et ex visiõe quã habuit Totila de eodẽ papa de eq̃ descendẽs pape reuerentiã fecit. ⁊ papa sibi eũ ꝓpriũ ⁊ placabilẽ inuenit. Ad cuius pces a feritate destitit: ⁊ de italia recessit. Sed de Pompeio imperatore ab eodem petro in histo: ijs contrariũ scribit. Quũ emꝫ intrasset hierusalẽ: non exhibuit templo ⁊ pontifici reuerentiam debitam: sed de porticibus templi stabulũ fecit equis suis. Qui quum semper in bellis victoriosissimus fuisset: ex tunc hostibus semper succubuit. Ad hoc etiã facit qõ dicit papa Gelasius anastasio imperatori. i. xcv. dist. duo sunt. in fi. Quippe quũ videas regũ colla ⁊ principũ submitti genibus sacerdotum: ⁊ osculata eoꝝ dextra ⁊c.

Papa superioris ethnicoꝝ regũ exemplo ostenditur.

¶ H Tres etiam imperatores tradunt historie preter alios sup alios gloriosos fuisse: et in pace quieuisse in sectore bona: q: deo fuerit deuoti ⁊ eccl'ie subiecti. Primꝰ deo deuotior bonis finẽ habuit. xcv. dist. costantinus. etiã quãdũ deuotꝰ constantinus a sylvestro baptizatus: q̃ quãtũ magnificauit ecclesiã habuit. xcv. di. in scripturis. vbi sic dicit. In scripturis narratiui.

Imperatores

ratur imperator Cōstantinus dixisse: vere si ppñs oculis vidissem sacerdotē dei aut aliquē eoꝝ q̄ in monachico habitu circumamicti sunt: peccantē/chlamydē meā spoliarē ⁊ cooperirē eū: me ab aliquo videret. habeō etiā. xi. q. j. sacerdotibus. de quo cōstantino dicit ibi papa Greg. q̄ quū libellos ꝓtra epos accepisset accusatiōis: cōuocauit epos accusatos: ⁊ in ꝓspectu eoꝝ libellos quos acceperat incēdit/dicēs: Ite ⁊ inter vos causas disponite: q̄ dignū nō est: vt nos iudicem⁹ deos. In qua sentētia magis sibi ex humilitate: q̄ illis p̄estitit ex reuerētia impensa. Ante eū quippe in republica pagani p̄incipes fuerunt: q̄ verū deū nescientes: deos ligneos ⁊ lapideos colebant: ⁊ tamē eoꝝ sacerdotib⁹ honorē maximū tribuebāt. Quid ergo mirū si christianus imperator veri dei sacerdotes honorat: dum pagani (vt pdiximus) p̄incipes honorē impendere eoꝝ sacerdotibus nouerunt: qui dīs ligneis ⁊ lapideis seruiebāt? Ad istā materiā facit ex de immu. eccle. nō minus. j. rūbo. Secūdus fuit Iustinianus: qui eccleā sctē Sophie cōstantinopoli ⁊ alias ecclesias munuit legib⁹ sacris ⁊ sumptibus amplis ⁊ firmis dogmatibus fidem catholicā corroborauit. ꝓpter quod victoriosus semp extitit. vt ex titulis qui sibi adscribunt ex gentibus ⁊ p̄ouinciis quas sibi subiecit imperio declarat in p̄incipio codicis. Tertius fuit Carolus magn⁹: de quo. lxiij. di. hadrianus papa. ¶ Et ecōtra fuerunt alij tres imperatores christiani: qui inter alios truculētiores p̄secutores fuerūt ecclesie: qui mala morte finierūt. Prim⁹ fuit Julian⁹ apostata: de quo. xj. q. iij. iulianus. qui transuerberatus lācea mercurij militis iā mortui sibi apparentis occubuit: vt legitur in vitis patrū. Secūdus Otho. iiij. de quo. j. dicēt. Tertius Fridericus scōs qui ab Innocētio. iiij. depositꝰ. ex li. vj. de re iudi. ad apostolice. Ex etiā christus cuius vices plenarie papa gerit: verus etiā fuit dñs tēporalis apparet ex eo q̄ dicit magister in hist. ijs: ⁊ Amb. ⁊ Jnno. iij. q̄ quū in die natiuitatis christi Octauianus cesar august⁹ in meridie in secreto suo cubili a sibylla tyburtina de cultu diuino: ⁊ quis verus deus esset in hoc mūdo interrogaret. Quum dicta sibylla oraculo se dedisset: apparuit circa solē circulus auree⁹: ⁊ in medio circuli virgo pulcherrima puerū gestans in gremio. Tunc sibylla inquit: respice imperator. Quū aūt cesar stupueret ad visionē: audiuit vocē de celo dicentē: Hec est ara celi. dixitq̄ ei sibylla. Hic puer maior est te: ideo ipsum adora. q̄ fecit. Tūc p̄cepit ne quis vt deū ipsum adoraret vel dīm vocaret.

Impatores christianima li ⁊ eccle sie p̄secutores.

Christ⁹ verꝰ dñs tpalis declaratur

¶ Scribit etiā p Jnnoc. iiij. q̄ quū imperator Fridericus a summo pōtifice recepit coronā: simul ⁊ recepit ensem in vagina: sed imperator tūc ipsum. vide q̄ scripsi. j. lvij. ar. §. sed de pfecta. ℞. illud. etiā euaginat et vibrat: ad ꝓfitendū suū ministeriū a papa p̄rocedere: ⁊ executionis officiū post coronā. Quē ensem accepit petrus a christo quū dixit: Conuerte gladiū tuū in locū suum. Matth. xxvj. vbi Jnnoc. no. q̄ nō dicit abijce: sed cōuerte. ad designādū q̄ ecclesia eo q̄n voluerit possit vti. vnde dicit tuū. que etiā est sentētia Augustini cōtra faustū: vbi dicta verba ꝓtractat. sicut etiā exponunt p Archidiaco. magistruz meū dicta verba. xxiij. q. viij. §. j. ibi: Conuerte gladiū tuū in vaginā ⁊c. vbi dicit. est ergo iussus seruare nō abijcere: ⁊ ita videt q̄ ecclesia adhuc habeat gladiū materiale. sz ar. cōtra. xxiij. q. vj. inter hec. ibi: gladiū nō habet nisi spirituale: quo nō occidit/sed viuificat. sed glo. ibi dicit sup illud: gladiū nō habz quoad executionē. hoc ideo dico: q̄ imperator habet illud a papa Joan. Itē cōpositalia ex spiritualibus dependēt: sicut corpus ex aia/quia nec morū habet nisi ex anima. vnde corpus est organū aie ad operādum: vt philosophi tradunt. sicut ergo anima vtitur corpore vt instrumēto: sic summus pōtifex se habet ad imperatorē vt spirituale ad temporale: ⁊ vtitur officio imperatoris vt instrumēto. ad hec faciunt. xcvij. dist. ecclesie mee. ⁊c. victor. xxiij. q. v. p̄ncipes. Itē sicut angeli maioris virtutis sunt q̄ oris; ⁊ nobilioris nature, ⁊ mouens excellētius motor: ⁊ agens melius patiēte. ⁊ actus nobilior potētia: vt ꝓbat pbs. ix. metaph. ⁊ Aug. sup Gen. ad literā: sic papa se ad imperatorē habet ipsum mouēdo in ipsum agēdo. Et sicut deus cuius potētia efficaciter oīa gubernatur: quia portat omnia verbo virtutis sue. ad Heb. j. quod quidē facit mediātibus angelis: qui sunt spuales substātie. vt tradit Aug. in. iiij. de ciui. dei. sic ⁊ papa p̄ imperatorē. et hoc satis apte: quū ex parte p̄time cause summi dei: cuius vices gerit in terris. ex vt eccle. bene. c. j. Tū ex parte bonoꝝ spirituū quib⁹ mediantib⁹ mundus regit: cuius typum repsentant officiales ecclesie spirituales ⁊ tēporales: vt sic ecclesiastica hierarchia congruet. ꝓfecte imitet celestē. ar. ad hoc. lxxix. di. ad hoc. ꝓpter quod argumentum concludit q̄ iurisdictio imperatoris ex virtute ⁊ authoritate dependet summi pontificis. Patet etiā hoc ex quatuor maximis cōciliis generalibus: de quibus. xv. di. sicut. quibus imperatores se submiserūt. vt patet. xv. dist. canones. ⁊ c. sancta. ⁊. xvj. dist. synodus. facit q̄ nō. ex de vsu. quia in omnib⁹. glo. j. Item facit ad hoc. quia leges canonibus subiciunt: ⁊ p canones corrigunt. nō ecōtra: q̄ nec dedignant sacros canones imitari. ad hec. x. di. c. j. certū. ij. q. iij. §. hinc. etiā. ex de no. op. nun. c. j. ex de secun. nup. c. fi. in aur. vt clerici. apud ꝓpri. epis. ad fi. colk. vj. i auf. de ecclesia. titu. in p̄in. colk. ix. ⁊ p ista subiectiōe imperij ad ecclesiā facit op. x. di. suscipitis. ¶ Si aūt cōcedat q̄ electus in imperatorē cōcorditer ⁊ canonice/ex sola electione ante confirmationē pape administret in regno alemānie ⁊ in imperio ſm Innoc. ⁊ Ostien. qui hoc notāt. c. vocabile. ex de elec. dicēdū est q̄ istud ius sibi acquirat ex longa cōsuetudine que ius dat. ex de fo. cōpe. quū contingat. cū si. vel forte ex ipsa ordinatione p̄incipū alemānie: cui se tamē iure ꝓprio possunt subiicere saluo iure cuiuscūq̄ superioris. vnde post electionē canonicā et cōcordē nomen regis sortit: sed nō imperatoris ante coronationē pape. vt p̄. c. venerabilem. ¶ Expeditis. xl. ar. p̄mis de quibus mētionē feci in prohemio in fine istius operis: sequunt alij articuli ad supradictam materiā/⁊ alias ecclesiasticas pertinentes. ¶ Articulus. xlj. A

Deus eligens imperatores.

Sciendum etiā circa hec est/q̄ a tēpore Cōstantini eligebantur imperatores antiq̄ more: siue a pp̄lo/siue a senatu/siue ab exercitu: ⁊ aliq̄n de genere: ⁊ aliq̄n nō. ⁊ iste modus retentus est in cōstantinopoli: que erat sedes ⁊ caput imperij sicut antiquit⁹ roma. xcvj. dis. cōstantinus. qui quidē modus seruatus est vsq̄ ad tēpora michaelis imperatoris ⁊ Caroli magni: ⁊ fuit fere spatiū quingentoꝝ annoꝝ: vt apparet in chronicis. Cōstantinus em̄ q̄n cessit imperio occidētali: vt d̄. p̄. c. constantin⁹. ⁊ Richardus narrat in chronicis: elegit sibi in thracia q̄ nūc grecia d̄r: vbi vocatā Byzantiū. xxij. di. de cōstantinopolitana. quā rome senioꝝ pulegijs cocquerit. xxij. di. renouātes. ibiq̄ sedē suā cōstituit. vñ dicit⁹ imperator: de imperio occidētali q̄d Syluestro pape donauerat: se nō amplius intromisit: nec sui successores debēt facere/nisi ad ecclesie iuocationē ⁊ defensionē. ⁊ si alio mō fit: vsurpatiue fit: sicut fecit ꝓstatin⁹ arrian⁹/⁊ iulian⁹ apostata: ⁊ quidā alij de facto. nec papa posset licite alienare d̄ dñiū in occidēte: ⁊ donationē sibi factā a ꝓstatino. xij. q. j. nō liceat pape. In ritate em̄ nihil imperator hz facere rome: nec in toto impio occidēte: hoc solo ei reseruato/q̄ in currib⁹ veniebat romā/vocat⁹ ab ecclesia in succursum. Vñ iustinianus imperator aduenientib⁹ gotthis romā ⁊ eā infestātib⁹ misit belisariū nobilē p̄incipē ⁊ patriciū ad subueniēdū summo pōtifici ⁊ rome. Ad cui⁹ aduētū expulsi sunt gotthi de rota italia: vt hꝫ ex historia lōgobardoꝝ. ¶ Per eundē modū lōgobardis ecclesiā grauātib⁹: quū iperiū cōstātinopolitanū iā pene deficeret: vocat⁹ carol⁹ rex frācoꝝ ab eccl'ia tpe hadriani ⁊ leonis successoꝝ ei⁹: cui p romanos ⁊ lōgobardos pfidos eruti fuerāt oc'li ⁊ ligua abscisa: ꝫ

Imperatores non subsunt ecclie.

dine/cauteriū quoddam fixū est in capite. item Bern̄. in sermone de circūcisione. Quid mirū si caput p:o mēb:is curationē accepit: nōne etiam in mēb:is/sepe p:o vnius infirmitate/alteri curatio adhibet: dolet caput: ⁊ ín bꝛa/chio fit coctura. dolent renes: ⁊ fit in ribia. ita hodie p totius co:potis putredine cauteriū quoddā infixū est in capite. Sed/considerandū circa id qđ dictum est: oia chr̄isto esse subiecta: quia oia sunt nūc chr̄isto subiecta quātum ad potestatē quā accepit a patre sup omnia. sed quātum ad executionē sue ptātis/modum sunt ei omnia subiecta: sed hoc erit in futuro. ſ. Lo:. xv. vltra colū. quādo de oīb⁹ suam voluntatē adimplebit: quosdā saluando: quosdam puniendo. ⁊ ita oēs erunt sub eo: vel spontanei/vel victi ⁊ inuiti. Adhuc de chr̄isti dn̄io ⁊ potentia d̄: Heb. ſ. Quē constituit heredem vniuerso:. sup quo verbo dicit glos. q̄uis cū patre omne possideat: tn̄ fm humanitatem recte d̄: heres constitutus: fm illud p̄s. ij. dabo tibi gentes hereditatem tuā. Quia ergo chr̄istū deus constituit iam immutabilem heredem vniuerso:. i. possessō:em oīs creature: non ideo po:no deest iacob: ⁊ pars eius ísrael: fm p̄s. Sed oēs p:o:sus nationes mūdi ei subsunt. xviij. q. iij. nō inuenitur. cum ca. seq. ⁊. xciij. dist. legim⁹. Ffi. q. em̄. In eadem quoq; epistola Heb. ſ. inducit apl's de chr̄isti regia ptāte illud p̄s. xliij. Th:onus tuus deus in seculū seculi virga equitatis ⁊ga regni tui. qđ exponēs glos. ait. O de⁹ fili: th:onus tuus. i. regia dignitas vel iudiciaria sedes/manet in seculū seculi: q: semp regnabit: ⁊ nouissimum iudiciū semp stabit. vnde in euāgelio Matth. xxv. Ibūt hi in suppliciū eternū: ⁊ illi in vitam eternā. Et merito p/manet th:onus tuus: q: virga regni tui. i. regimen ⁊ disciplina qua bonos regis: ⁊ malos pcutis: est virga equitatis. i. regula directa. iij. distin. regula. ⁊ inflexibilis: que alibi dicit in p̄s. ij. virga ferrea: per quā p:auitate dist:orti⁹ si ei adherere velit/dirigitur. De sacerdotali aūt ⁊ regali dignitate vel potestate simul inducit apl's in eadem epistola. c. ſ. illud p̄s. xliij. Unxit te deus deus tuus oleo letitie p:e p̄sortibus tuis. Qđ exponēs glos. ait. O deus fili: de⁹ tuus. i. p̄ter per se nō per ministros vnxit te fm hominē. quia deitas nullo idiguit. quis est ergo deus vnct⁹ a deo: chr̄istū intellige. chr̄istus em̄ dicit a chrisimate. chrisma autem grece/latine dicit vnctio. ex̄ de sacra. vnctio. c. ſ. ⁊. s. ff. est etiam. prime dixi de hoc. ergo nomen chr̄istus vnctionis est. nec vngebantur alibi reges ⁊ sacerdotes nisi in illo regno iudeo:. Per hoc q dicit eum vnctū regem et sacerdotē. signat qui in lege veteri vngebātur. vt p:eal. c. ſ. de sacra vnctio. vnxit aūt eū: non visibili ⁊ co:porali oleo: sed spiritu sancto: quez scriptura noīe olei ⁊ exultationis signat. ⁊ hoc p:e participibus tuis. i. p:e oibus sanctis. Oēs em̄ sancti/sunt spūs participes. vnde oēs chr̄istiani vngūtur. de cōse. dis. iiij. deinde. a sacerdote. sed ille singulariter vnctus. vt p:eal. c. ſ. de sacra. vnctio. De sacerdotio aūt chr̄isti spāliter inducit apl's in cadē epla ad Heb. vij. c. Ad huz illud p̄s. cix. Tu es sacerdos in eternū fm o:dinē melchisedech. qđ exponēs glos. ait: hoc de pōtificatu chr̄isti deus pater: tu es sacerdos/sez docēs o:as ⁊ offerēs. ecce triplex officiū sacerdotis. tu es inquā sacerdos: nō ad tempus/vt Aaron: sed hoc fm o:dinez Melchisedech: q̄ nō tempo:alis fuit: scriptura subtricente initiū ⁊ finem vite eius: in figurā Chr̄isti qui caret p̄ncipio ⁊ fine. Apoca. ſ. Ego sum alpha ⁊ o. ⁊ sicut ille obtulit in pane ⁊ vino: et semel: sic ⁊ chr̄istus sub specie panis ⁊ vini co:pus ⁊ sanguinē suū discipulis suis dedit. Jo. xiij. de cōse. dist. ij. accipite ⁊ comedite. Et subditur in glos. s. posita. Sacerdos aūt est chr̄istus: nō fm q̄ deus: sed ꝓpter carnē assumptā: ꝓpter victimā quā obtulit p:o nobis. vnde Hiero. Sacerdos dei p̄is dicit filius dei fm humanitatē. in qua se p:o nobis acceptabile sacrificiū deo obtulit: vt ipse sit sacerdos qui est sacrificiū. de cor. se. dist. ij. sacerdos dei patris. Quid aūt egerit hic sacerdos: ⁊ qđ pontifex: aplus dicit in p:e. c. v. ad Heb. Qui in diebus carnis sue. i. mo:talitatis/p:eces supplicationesq; ad deum ⁊c. quādo scz immi/nente passione o:auit. plixius. Luce. xxij. vltra mediū. ibi. apparuit autem illi angelus. vel p:eces ⁊ supplicationes actio ⁊ vita chr̄isti est: cui⁹ ois actio fideliū est instructio: ⁊ ad deum o:atio. ar. ex̄ de elec. significasti. ſ. ñso. quicqđ em̄ egit chr̄istus: p̄ces supplicationesq; fuerūt ꝓ hoibus: ipsa eriā sanguinis effusio/clamo: fuit validus. Heb. xij. ibi ad fi. ⁊ sanguinis aspersione melius loquēte q̄ abel. nūc etiam in celo adfistit vultui dei/ꝓ nobis aduocāns: ⁊ interpellans apud patrē. Heb. ix. ibi ad fi. sed in ipm celū vt appareat nūc vultui dei ꝓ nobis. ¶ D Illud etiā fa/cit endū q̄ chr̄istus ⁊ sacerdos d̄: ⁊ pontifex: ⁊ eo sacerdos/quo pontifex: ⁊ eo pontifex quo sacerdos. nam sacerdos medius est inter deū ⁊ pplm. quia diuina populo tradit: ⁊ populū in deū reducit: offerendo: o:ando: ⁊ docendo. ⁊ hoc eriā impo:tat nomen pontificis. vñ ad Heb. iiij. vbi apl's chr̄istū dicit pontificē. ibi: habentes ergo pontificem magnū ⁊c. glos. ait. pontificē ꝓ quē itur ad deum. Idem em̄ est pōtifex qđ mediato:. vnde Heb. v. in pn̄. Dis māg pontifex ex hoibus assumptus/ꝓ hoibus constituitur. scz vt eos adiuuet: ⁊ vt p eum impetrent a d̄o misericordiā. ꝓstituit. dico. in ijs que sunt ad deū offerenda: scz in muneribus/hostijs/⁊ p̄cibus/que ducunt ad deum. vt offerat dona: scz p:imitias ⁊ sacrificia ⁊ hmōi. deo p:o peccatis dimittendis. Et beatus Bern̄. dicit q pōtifex dicit quasi pontem faciens inter deū ⁊ p̄rimū. Fecit em̄ seipm̄ pontem ad patrē: attingens a ripa nostre miserie/vsq; ad ripam felicitatis eterne. Sap. xviij. Usq; ad celuz attingebat stans in terra. vnde Jo. iij. Filius hois qui est in celo. per hunc transeūtes nō submerginur in fluuine culpe: nec trahimur ad mare pene eterne. vnde ipse ait Jo. xiij. Nemo venit ad patrē nisi p me. Jn hoc tn̄ distat pontifex a sacerdote: q: impo:tat excellentiā quādam sup sacerdotem. nā vt Jſid. ait. vij. lib. etymo. Pontifex ꝓnceps sacerdotum est: quasi via sequēcium. ipse ⁊ summus sacerdos: ipse ⁊ pōtifex maximus appellat. xxv. dist. cleros. ff. pontifex. vnde ⁊ papa p excellentiā summus pontifex appellatur. ex̄ de elec. vbi periculū. §. sup his. lib. vj. vñ Leui. xxi. exponit nomen pontificis: vbi dicit. pontifex. i. sacerdos magnus. vnde ⁊ epi qui su⁊ sup alios sacerdotes constituti/pōtifices appellant. Alij vero qui sunt sub eis: vocātur comuni noīe sacerdotes/a sanctificando. Ex q: chr̄istus est summ⁹ sacerdos: ideo ipse ꝓpriissime dicit pontifex maximus. vñ ad Heb. v. habentes ergo pontificē magnū. glos. qui est sup oēs pontifices. Et quia quisq; nō sumit sibi honorē: sed qui vocat a deo tamq̄ aaron: vt apl's ait ad Heb. v. Nunc. xviij. viij. q. ſ. in scripturis. ex̄ de elec. qualiter. Jdeo vt ibidē subdit apl's p:e. c. v. chr̄istus non semetipm̄ clarificauit: vt pontifex fieret: sed ille eum pontificem constituit qui ad eum ait in p̄s. ij. Filius meus es tu. in q̄ p̄s. ostēditur chr̄istus rex ⁊ sacerdos. Differt aūt sacerdotiū chr̄isti a sacerdotio legali: q: legalis sacerdos nō solum p:o alijs/sed etiam ꝓ se indiget offerre: quoniā ipse circūdatus erat infirmitate pcti. Heb. v. chr̄istus aūt non indiguit p:o se offerre: sed solū p:o alijs: qi immunis fuit ab omni peccato. vnde Heb. vij. ad fi. Talis em̄ decebat vt nobis esset pontifex: sanctus/innocēs/impolutus/a pcto: ibus segregatus/⁊ excelsio: celis factus: q̄ non haberet quotidie necessitatem/quēadmodū sacerdotes/p:ius p:o suis delictis hostias offerre: deinde p:o populo: hoc em̄ fecit semel se offerendo. Item sacerdotiū legale carnale fuit. vnde ⁊ carnes ibi macrabant. Heb. ix. sacerdotiū vero chr̄isti spūale. Adhuc sacerdotium legale fuit tēp:ale: ⁊ finē habuit. sacerdotiū aūt chr̄isti eternū est. Heb. vij. in quo capto assignat differentia inter vet⁹ ⁊ nouū sacerdotiū. vñ legale sacerdotium trāslatum est ad chr̄istū: qđ figuratū fuit in trāslatione sacerdotij ab Heli: q̄ fuit de tribu sacerdotali scz leui: ad Samuelez: qui non fuit de tribu leui/sed effraim. ſ. Regū. ſ. Et similr trāslatio sacerdotij ad chr̄istū facta est de tribu sacerdotali ad re/galem:

Via ad chr̄istū dilectione

Regia chr̄isti ptās.

Sacerdotalis chr̄isti dignitas.

Triplex sacerdotis officium.

regalem: q; dñs o:tus est de tribu iuda: quia de domina
o:ra de tribu iuda: vt cantat ecclesia. ⁊ dicitur Matth.ſ.
⁊ hēb.vij.que tribus iuda est tribus regalis.vt ita sit ea
dem sacerdotalis ⁊ regalis:⁊ vnus ⁊ idem ch:istus sit sa
cerdos ⁊ rex. Sic etiam regnū israeliticū tempo:ale fuit
⁊ mutatuz in regnū ch:isti quod eternū est. vnde Luce.ſ.
Regni eius nō erit finis.cui⁹ mutatiōis figura p:ecessit
quū Saule abiecto dauid substitutus est in regnū.ſ.Re
gū.xiij. Quod aūt alicubi regnū illud ⁊ sacerdotiū eter
nū d:intelligendum est de regno ⁊ sacerdotio ch:isti:qō
p illud figurabat. De sacerdotio etiā ⁊ regno ch:isti log
tur apl's in epistola sup:adicta ad hēb.vij.in pn.inducēs
Melchi similitudinē de melchisedech q̄ fuit rex ⁊ sacerdos dei al
sedech tissimi. Idem Beñ.xiij.qui vt glos.dicit in epla ad hēb.
⁊ rex sa nō per hominē sed p deum constitutus est:⁊ interp̄tatur
cerdos rex iustitie.⁊ dicitus est rex salem:qō est rex pacis: sine pa
tre ⁊ matre ⁊ genealogia: quia scriptura hoc de illo non
refert.neq; initium dierū:neq; finem vite habens.assimi
latus aūt filio dei manet sacerdos in eternuz: qui est rex
iustitie:q: suos iustos facit:⁊ per iustitiā regit in hoc secu
lo.⁊ rex pacis.ex in li.decre. Rex pacificus.quia quos hic
regit in iustitia nō desinit post regere in pace eterna. Sa
cerdos dei summi: q: se in ara crucis obtulit. Sine patre
sm carnē. Sine matre sm diuinitatez. Sine genealogia:
quia filios carnales nō habuit. Neq; initiū dierum neq;
finē habens:quia coeternus patri:⁊ alpha ⁊ o. Apoc.c.ſ.
⁊ sicut glos.subdit. Etsi oēs patriarche ⁊ pphete figura
ch:isti fuerunt:melchisedech tamen specialis:qui non de
q̄ere iudeoz:vt quidam dicūt:p:ocessit in typum sacer
dotij ch:isti:quia dicit sacerdos sm o:dinē melchisedech
multis modis. hēb.vij.⁊ in ps. dixit dñs. ⁊ de con.se.di.ij.
accipite.adde hic qō dixi de hoc.s̄.in.xxxvj.ar.in.§.xxxvj.
ar.vij.tēpo:e vero. ¶ Adhuc sup illud ad hēb.ix.introi
uit semel in sancta. dicit glos.beati Aug. Quū em̄ ch:ist⁹
rex ⁊ sacerdos:rex pugnauit p nobis.sacerdos obtulit se
p nobis.de cōse.dist.ij.sacerdos dei.⁊ idem btūs Aug.in
lib.lxxxiij.questionū:vbi exponit ch:isti miraculū de q̄nq;
panibus ⁊ duobus piscibus:ait inter cetera/q̄ q̄nq; pa
nes hoc:deacci inter legem moysaicam vel populū israeli
ticum significant.duo autem pisces qui suauem sapo:em
pani dabant:duas illas personas videntur significare:q̄
bus ille populus regebatur.vt per eas cōsilioz modera
men acciperet: regiam scz ⁊ sacerdotalem: ad quas etiā
illa sacrosancta vnctio pertinebat.ex de sacra vnc.c.ſ.qua
rum officium erat p:ocellis ac fluctibus nūq̄ frangi atq;
co:rūpi:⁊ violentas turbarū contradictiones ramq̄ ad
uersantes vndas sepe dirūpere. Que ramen due perso
ne dñm nostrū p:efigurabant:ambas em̄ ipse solus sub
stituit:nec figurare sed pp:ie solus impleuit. Nam ⁊ rex
noster est iesus ch:istus:qui nobis pugnandi ⁊ vincendi
demonstrauit exemplū:in carne mo:tali pcā nostra susci
piens:tentatiōibus inimicoz illecebrosis nec tenebrosis
cedēs:postremo exuens se carne:p̄ncipatus ⁊ potestates
expoliās fiducialiter:⁊ triūphans eas in semetipso. Ipse
est etiam sacerdos sm o:dinem melchisedech: qui seipm
obtulit holocaustū p:o peccatis. ps.xxxix. Holocaustum
⁊ p:o peccato ⁊c.⁊ sequit:tūc dixi ecce venio. Ad sacerdo
talem quippe plonaz pertinet emūdatio ⁊ abolitio pec
catoz. De hac duplici potēria ch:isti dicit apl's.ſ.ad Hebr
ſ.de ch:isto loquēs. Factus est inquit nobis a deo sapien
tia ⁊ iustitia ⁊ sanctificatio ac redemptio. Sapientia em̄
ad o:dinandū:⁊ iustitia ad iudicandū/pp:ia sunt regie
dignitatis:quā sequitur iudiciaria potestas. Sanctifica
tio autem ⁊ redemptio/ad sacerdotalē spectant ptātez.
Dicit aūt ch:istus esse rex nō solū regni celestis ⁊ eterni:
sed etiā tempo:alis ⁊ terreni: q: celestia simul ⁊ terrena
dispensat ⁊ iudicat. Iste est gladius q̄ exit de o:e eius ex
vtraq; parte acut⁹. Apocal'.c.ſ.⁊.xix.c.ex de pnile. ex o:e.
Unus em̄ gladius/vna est eius regia ptās. que tm̄ duas
partes hz ppter regnū celestiū ⁊ terrestriū.nō tamen dū
in hac vita mo:tali cōuersat⁹ est regnū terrenū adminis
trare voluit.cui⁹ cā infra dicet. Hec aūt dicta sunt de ch:i
sti ptāte quātum ad p̄sens sufficit intentionem. ¶ E

Potēria creādi in cōcabilis.

Onsequēter aūt tractandū est de cōmuni
catione potentie eius. Unde ⁊ sciendum q̄
potentia creandi:q̄ ch:isto cōuenit solū sm
q̄ deo:nulli cōmunicabilis est.nec in huma
nitate eius que personaliter diuinitati fuit
vnita:multoms⁹ cōmunicari p̄t alijs hoibus. nō ex de
fectu dei: sed ex defectu creature talis ptātis incapacis.

Alie ptā tes cōica biles.

¶ Potestas vo sacerdotalis que ch:isto cōuenit vt hoi:
vt sup:a dictū est:⁊ ptās miracula faciendi:⁊ regalis:que
sibi cōuenit ⁊ sm q̄ deus:⁊ sm q̄ hō:cōmunicabilis est:⁊
cōmunicatur hoibus.de qua cōmunicatione loquit hu
go de scō victo:e in plogo sui cōmenti sup' angelica hie
rarchia sic dicens. Ipse vero oim cōditor: cuius ineffabi
lis maiestas/⁊ indeficiens virtus/potēs erat sola guber
nare q̄ creauerat sola:voluit rerū a se creatarum partici
pes h̄re⁊ coo peratores.nōvt ille eoz ministerio iuuaret:
sz vt ipsi ptātis eius p̄sortio sublimes efficerent. Dñs er
go solus ⁊ p̄nceps oim/dñationes ⁊ p̄ncipatus sub se eē
instituit in ministerio pficiēdo:qō vniuersitatis o:do de
poscebat.vt opera eius cōplerent p o:dines ⁊ dispositio
nes. Sic igitur bonus ⁊ sapiens deus creaturas a se solo
cōditas/gubernat o:dine quodā inferio:a scz sm grad ū
pfectionis mediantibus superio:ibus. sic em̄ guberna t
co:po:a per spiritus: ⁊ co:po:a grossio:a per subtilio:a.

Cōicat hoi gu berna tio.

vt generabilia ⁊ co:ruptibilia /per ico:ruptibilia/scilicet
celestia: ⁊ spiritus inferio:es per superio:es. ad hoc dist.
lxxxix.ad hoc. ¶ Cōmunicatur aūt creature rōnali siue
intellectuali gubernatio. P:imo quidē respectu ipsius:
vt scz se ipsam in suis actib⁹ dirigat. Sc̄o respectu ratio
naliū:dum quidā angeli p alios angelos: ⁊ quidā hoies
p alios hoies:⁊ hoies p angelos gubernant. vt.s.alleg.
c.ad hoc.⁊.xxj.dist.de p̄stantinopolitana.⁊.xcv.di.esto.et
ſ.q.iij.qui resistit.licet em̄ q̄libet creatura rōnalis nata
sit gubernare seipsam p virtutē intellectus pp:iſ: tm̄ cum
q̄dam rōnalia p alia rōnalia gubernant. tuz q: o:dovni
uersitatis hoc exigit.tum q: in aliquibus regimen pp:ie
rōnis nō sufficit. inde opz vt p alioz gubernationem in
suis actibus dirigant:vt ptz in hoibus:quoz quidā alijs
nō sufficientibus regere.ſ.semetipsos/ponunt⁊ p̄sunt
ad directionē ⁊ regimen.ppter q̄ debent esse intellectu
p̄stantio:es ⁊ appetitu recto:es alijs q̄bus p̄ficiunt. naz
⁊ in angelis ij qui p̄sunt:magis vigent intellectuali lumi
ne sm magos. ¶ Tertio cōmunicatur gubernatio
creature rōnali respectu rōnaliū. Nā o:dine nature diui
nitus instituto rōnalia irrōnalibus dñant. Beñ.ſ.ibi: et
dñamini piscibus maris ⁊c. Aliter tm̄ gubernat hō rōna
lia:aliter q̄ irrōnalia sibi subdita.nam irrationalib⁹ dña
tur nō ad vtilitatem illoz:sed ad pp:iam. duz illis vtitur
ppter se. vnde dicit hō finis illoz:q: ppter ipm/⁊ in eius
obsequiū cōdita sunt. Alijs aūt rōnalibus dñatur ppter
bonū illoz:q̄uis ex hoc resultet bonū pp:ium gubernan
tis.q: per hoc deo ministrat:⁊ ad eius similitudinē a cce
dit. vnde talis est gubernatio que cōuenit rōnalibus sm
q̄ rōnalia sunt:vt scz per ipsoz bonū gubernent. Qui au
tem p̄sunt aliquibus nō bonū subiecto:sed pp:iū cōmo
dum intendētes:a vere gubernatiōis rōne degenerāt: q̄
cōuenit rōnalibus creaturis.tales quidē⁊ q̄ sua sunt:non
q̄ ch:isti. Phil.ij.viij.q.ſ.sunt in eccl'ia.xxiij.q.iiij.tres ps
nas. Qui em̄ sic gubernātur:nec regunt libere: sed seruī
liter ⁊ q̄si ad modū irrōnaliuz ducūtur. ppter qō taliter
dñantes/nō reges:sed tyrāni vocātur. Est aūt nūc inten
tio de illa tm̄ gubernatione q̄ rōnalibus creaturis cōue
nit:⁊ p̄cipue hoibus q̄ pp:ie rationales dicūtur. Specia

Ch:isti guberna tiua po testas q̄ re hoib⁹ cōicata

liter aūt de gubernatione siue gubernatiua potentia q̄ a
ch:isto ⁊ p ch:istum cōmunicata est eccl'ie: dicendum est.
¶ Erat siquidē cōmunicanda hoibus ch:isti guber
natiua ptās. P:imo/q: congruebat eius bonitati:vt sue

ptãris facere hoies participes. Scõo q: cõpetebat eius dignitati. Ad dignitatem nãq; gubernãtis ⁊ oñantis ptinet hr̃e ministros p quos suã ptãtem exerceat. ipsi etiam ministri: quibus ptãs christi cõmunicat: efficiũtur ex hoc digni ⁊ honorabiles/q; vice christi alios gubernãt. vñ in ps. cxxxviij. dicit de apl̃is. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cõfort. est pncipatus eor. Tertio/q: expediebat humane vtilitati. hõ em̃ sensibili cognitiõe vtitur: ppter qõd sicut ei cõuenit/vt p sensibilia signa manuducat ad intelligibilem veritatem: ⁊ p sensibilia sacra suscipiat inuisibilem gr̃am. ſ. q. ſ. multi. de cõſe. diſt. ij. sacrificiũ. Ita cõuenit ei hr̃e gubernatorem visibiliter ⁊ sensibiliter psentẽ. Christus aũt fm q deus/licet sit oibus ⁊ vbiq; pñs: oia gubernans ⁊ regens. Hiere. xxiij. Celũ ⁊ terrã ego impleo. vñ Aug. Deus vbiq; est in seipso totus. vbiq; est: q: nulli parti rerũ absens est. vbiq; totus: q: cuilibet parti pariter totus adest. in seipso: q: non cõtinet eis ọbus est pñs: imo ipse ea cõtinet: quũ inuisibilis est sensu corporeo: q: deus nemo vidit vnq̃. Exo. xxxiij. Jo. j. ⁊ j. eiusdẽ. iiij. Scõm hõ humanã naturã est quidẽ visibilis: q: in terris visus est: ⁊ cũ hoibus cõuersatus est. Baruch. iij. in fi. Phil. ij. ⁊ bti oculi q̃ vident que vos videtis. Unde. x. nõ tñ cognoscebat eius dignitati ⁊ felicitati: vt in terris semp nobiscũ cõuersarẽtur: q̃ sup oẽs celos meruit corporaliter exaltari. ps viij. Eleuata est magnificẽtia tua sup oẽs celos. vñ post ascensionẽ. licet sit semp nobiscum pñtia spũali. fm illud Matth. vlti. Ecce ego vobiscũ sum oibus diebus vsq; ad ꝯsummationẽ seculi. desint tñ esse nobiscũ pñtia corporali. fm pp: iam spẽm. in specie tñ aliena. ſ. in sacramẽto visibili panis ⁊ vini/etiã corporaliter nobiscũ est. vñ Aug. Donec finiatur seculũ surſum est dñs: sed tñ hic nobiscum est veritas dñi. corpus em̃ in quo resurrexit: in ea forma qua apparet sanctis: in loco vno esse oportet. veritas aũt eius vbiq; diffusa est. de ꝯſe. diſt. ij. pma quidẽ. in fi. Cõueniens g̃ erat hoim vtilitati. vt christus potentiã suam gubernatiuã sup hoies cõmunicando traderet: ⁊ relinq̃ret aliq̃bus hoibus/p quos eius eccl̃ia regeret ⁊ dirigeret in finẽ. ppter qõd obtinendũ ab hoibus/ iesus christus in mũdum venire dignatus est. Non em̃ deficit christus ecclesie in necessariis ad salutẽ. ¶ Hec aũt christi gubernatiua potentia: vt ex supra dictis hñ pot: triplex est, vna quidẽ sacerdotalis: alia regalis: tertia hõ ad miraculosas ĩmutationes. Quãlibet aũt harũ christꝰ cõicauit hoibꝫ: q: qlibet eccl̃ie vtilis. Nam p miracula operatio/nẽ/doctrina fidei ꝯfirmat. ⁊ in laudẽ diuine ptãtis hõ exercitatur. vñ fm Greg. in sermone de ascensione dñi. in pn. Ecclesie pmitiue necessaria erat operatio miraculorum: vt fides nouella p ea ꝯfirmaret: ⁊ irrigaret. sicut ⁊ plãtis aq̃ necessaria est ad irrigandũ vsq; quo radices figant. Per sacerdotale officiũ hõ sanctificatur: ⁊ deo reconciliat. vñ ⁊ quotiẽs sacramentũ altaris ꝯficitur: pcm̃ remittitur. de ꝯſe. diſt. ij. quũ oẽ. ⁊. c. si quotienscũq; xv. q. vij. scisciranti/bus. Per actiones hõ regalis ptãtis/hõ in cõuersatione dirigit. xxiij. q. v. regũ. ⁊. c. rex debet. ⁊ ad deũ ⁊ primũ debite ordinat: vt ibi. ⁊. ij. q. ſ. scelus. ¶ J Ervt de modo cõmunicationis aliud videat: cõsiderandũ q̃ sacerdotalis potentia cõmunicata est aliq̃bus fm ministeriũ: q̃ ⁊ dicũtur ministri gr̃e: q: ministeriũ adhibẽt dispensando sensibilia sacramẽta: in q̃bus cõfertur gr̃a: ⁊ q̃ sunt vasa et instrumẽta gr̃e: ⁊ efficiũt qõ figurant. q: sunt sacramẽta noue legis. de hoc. ſ. q. ſ. dictũ. legit er no. e. q. multi. in glo. ſ. virtutẽ. ⁊. c. q̃cquid inuisibilis. glo. ſ. vñ dicũt q̃dã q̃ non cõmunicatur ptãs: sed soũ tribuit ministeriũ. Et indubitãter est verũ q̃ nõ cõmunicatur talis ptãs/qualẽ habet christus: q̃ fm q̃ deus est: hꝫ ptãtem authoritatis quãtuz ad effectũ sacramẽtoꝝ. fm vero q̃ hõ/habet ptãtem ministeriũ. nõ qualitercũq;: ſz pncipaliter. hoc bene ꝓbat pe. c. multi. opant aũt ad effectũ sacramẽtoꝝ meritorie ⁊ efficiter: q: passio eius q̃ fm humanã naturã sibi cõuenit: cã iustificationis nostre est meritorie: ⁊ est effectiue p modũ instrumenti. q: humanitas christi est instrumentum deitatis ipsius. ⁊ q: est instrumentũ cõiunctum: ideo hꝫ quãdam pncipalitatem ⁊ causalitatẽ respectu instrumentorum extrinsecoꝝ/que sunt instrumẽta eccl̃ie ⁊ ipsa sacramenta. Unde ptãs ministeriũ in christo/hoi cõuenit q: est pncipalis: ðr ptãs excellẽtie. que quidẽ ꝓfluit in quatuor: vt catholici doctores tradũt. Primũ/q: meritũ ⁊ virtus eius operat in sacramẽtis. vt pze. c. multi. Secõ/q: in ei noie sacramẽta sanctificant. vñ cũ cruce ꝓficiunt. de cõſe. diſt. v. nũquid. Tertio: q: ipse potuit instituere sacramenta. nam ⁊ fm Aug. ab eius latere pcesserũt. ex in clemen. de sum. tri. Quarto/q: põt effectũ sacramenti fine sacramento ꝓferre. ar. de ꝓſe. di. ij. vt quid paras. ⁊ di. iiij. baptismi vicem. Hanc aũt ptãtem pncipalis ministeriũ potuit christus cõmunicare: sed nõ cõmunicauit: ne spes in hoie poneret: q: maledictus homo q̃ confidit in hoie. Hiere. xvij. ⁊ Greg. Vere hoies prepostero ordine ante sibi opẽ ab hoibus accersiunt ⁊c. de ꝓſe. diſt. ſ. ois christianus. Et ne diuisio in eccl̃ia oriretur cõtra illud. xxiij. q. ſ. schisma. c. loquit. sicut tẽpore pauli vnus quidẽ dicebat: ego sum pauli: alius autem ego apollo. ſ. ad Cor. iij. vbi ⁊ sequit. Ego plantaui: apollo rigauit: sed incrementũ dedit deꝰ. Ita q̃ neq; qui plantat est aliq̃d: neq; qui rigat. sed q̃ incrementũ dat deus. de ꝓſe. diſ. iij. baptismus talis est. xiz. diſt. scõm. et de deci. quũ nõ sit. Potestatem aũt secũdariã ministeriũ christus cõmunicauit ⁊ tradidit aliquibus: qui dicũtur ⁊ sunt sacerdotes ⁊ mediatores noui testamenti inquãtum sunt ministri summi sacerdotis ⁊ veri mediatoris christi/vice ipsius agentes ⁊ salutaria sacramenta hoibus exhibentes. Potentiam hõ regalis cõmunicauit aliquibus q̃ sunt alioꝝ rectores: qui ꝓpter hoc dicũtur capita populoꝝ. ſ. Regũ. xv. ibi: Caput tribus israel factus est. sub vno tñ principali capite christo: cui ptãs regia fm excellentiã cõuenit. Licet em̃ habentes sacerdotalẽ potentiam possint dici aliquo modo capita: magis tñ cõuenit nomẽ capitis habentibus regiã ptãtem: q: per sacerdotalem potestatẽ efficitur q̃s mediator: inter deum ⁊ hoiem. Capitis aũt nomen imponitur aliq̃ primũ in aliquo ordine. Unde magis cõuenit regiã dignitatem habẽti p quã cõstituitur primus sup alios. Tam vero habentes sacerdotalem/q̃ regalem ptãtem a christo dicunt christi vicarii: ⁊ christi ministri: ⁊ christi cooperatores. Nã christus ita suã potentiã cõmunicat aliis: q̃ eã sibi nõ adimit. sed eã retinet. ⁊ fm eã pncipaliter operat in oibus qui sue potẽtie sunt participes: ⁊ q̃ eius virtute operant. vñ recte dicunt christi cooperatores. ¶ Potentia hõ miracula faciendi cõicata est adhuc ⁊ cõicatur hoibus a christo. non tñ eo mõ quo christus hꝫ: q: sicut in sacramẽtis: ita ⁊ in miraculis christus hꝫ ptãtem authoritatis fm q̃ deus. ⁊ ptãtem instrumẽtalem cuiusdã pncipalitatis ⁊ excellentie fm q̃ hõ: q: ipse nõ solũ miracula facere põt: verũ etiã hãc potestatẽ ⁊ gr̃am in alios potest diffundere. sicut ðr. Luce. x. ⁊ Matth. x. q̃ dedit apl̃is ptãtem sup oia demonia: ⁊ vt lãguores curarẽt. Alij aũt a christo habẽt ptãtem instrumẽtalem secũdariã delegatã. vniuersaliter em̃ in oi ptãte: q̃ a christo cõmunicat hoibꝰ: christus ipse hꝫ pncipalitatẽ ⁊ excellẽtiã: hõ aũt purus hꝫ secũdariũ ministeriũ ⁊ cooperationẽ. Patet g̃ ex ꝓdictis/q̃ potẽtia christi cõmunicata fuit hominibus: ⁊ quomodo cõmunicata. ¶ Euenit aũt ꝓsiderare post ꝓdicta/ q̃bus hoibus cõmunicata sit christi ptãs: q̃ cõmunicari poterat: ⁊ q̃ vtiliter cõmunicari cõueniebat. ¶ Et primo dicendũ est de potentia illa q̃ est ad ĩmutationes miraculosas. Hec aũt potẽtia nõ oibus hoibus cõmunicata est: ſz aliquibus. nec cõmunicat hec bonis tñ: sed etiã malis. multi em̃ dicent. Nõne in noie tuo demonia eiecimus: ⁊ multas virtutes fecimus: q̃bus dicet: Nescio vos. Mat. vij. ſ. q. ſ. ꝓpherauit. sicut fecit caypas. Joã. xi. nã ⁊ mali fruquẽter ⁊ ꝓpherizant ⁊ miracula faciũt. ſ. q. ſ. reyeamus. ⁊.

Christi gubernatiua potẽtia triplex

Sacerdotalis ptãs quõ cõicetur

Potẽtia miracula faciendi cõicata

Potẽtia regalis cõicata

p:ophetauit.c.multe operationes. vnde sicut alia dona gratis data/cōmunia sunt bonis ⁊ malis: vt pphetia et gfa sermonis:⁊ alia hmōi:sic operatio miraculo:: vt p:e. c.multe.⁊ de pe.dist.ij.querendum.⁊ c.pōt discursus. Nec eriam cōuenit ista potentia oibus bonis semp. multi em fuerunt ⁊ sunt sancti:qui miracula nō fecerunt. Nam fm beatum Bern. qbusdam datur spūssanctus in munus/⁊ nō vsum muneris/vt impfectis:qui colūbina simplicitate sibi gemūt.sed edificare pximos nesciūt.de qbus Esa. lix. Quasi colūbe meditantes gememus. ⁊ de quib⁹.ij.q. vij.sancta quippe. Alijs datur in vsum muneris:⁊ non in munus/vt rep:obis:qui inore nubiū alios compluūt:sed in se aridi perstūt.de qbus.ij.Per.ij. hi sunt fontes sine aqua:⁊ nebule turbinibus exagitate: qbus caligo tenebrarū reseruatur.de pe.dist.ij.si em iquit.ad mediū. vbi in glo.exponitur hec auctho:itas. qbus cōpetit illud poeticum. Sic vos nō vobis fertis aratra boues. Sic vos nō vobis vellera fertis oues. Sic vos nō vobis nidificatis aues. Sic vos nō vobis mellificatis apes. Alijs vero datur in vsum muneris:⁊ in munus/vt viris pfectis: q̄ pariter ardent ⁊ alios incendūt. vnde de brō Joāne baptista dicit Jo.v. Ille erat lucerna ardens ⁊ lucēs. ¶ Hec ergo potentia nō habet cōnexionē ad regalē:sed ad sacerdotalem ptātem. q: illa fine his:⁊ he fine illa sepe inueniūtur. Cōmunicat ergo christus hāc potentiā quibus voluerit: ⁊ qn:⁊ quātum:⁊ sicut: put vtilitati ecclesie ac hominuz saluti nouerit expedire. Cōmunicata est aūt amplius in ecclesia pmitiua:q: tunc fm beatū B:eg.⁊ sup:adictum eiz magis necessariū erat ad dilarationē ⁊ cōfirmationē fidei.⁊ augmentū eccīe.⁊ pfes fideliuz hanc potentiam habuerūt in multa plenitudine: vt ptz Actuū.ij.iij.⁊.v.c. Jam vero ecclesia dilatata:⁊ fide roborata/nō est tm necessaria sicut pus hec potentia in eccīa. de pse.dist.iiij.venit. ¶ De ista aūt potentia psequi nō priner ad ppositum. vnde de alijs duabus potentijs est psequēdum/scz de sacerdotali ⁊ regali. circa quas mea versatur intentio. Videtur aūt qbusdā/q̄ hec duplex ptās nō eidem persone cōmunicanda ⁊ cōmunicata sit:sed quū sint ptātes distincte:cōmunicande sunt diuersis ⁊ distinctis psonis.qđ patet in statu veteris testamēti:in quo diuersis personis tribuebat ptās regia ⁊ sacerdotalis. Similiter ⁊ in nouo testamēto diuersis cōmunicari videnť. Sacerdotalis em ptās cōuenit his q̄ sacerdotes vocank in eccīa siue pontifices:qui spūaliter psunt. Regalis aūt cōuenit pncipib⁹ terrenis ⁊ dñis temporalibus:q̄ ⁊ reges vocank.j. Per.ij. sub qbus exist unt diuersi gradus ptātum: vt ex de maio. ⁊ obe.solite. ibi:siue regi quasi pcellenti siue ducibus ⁊c. p hoc dicto exp:esse facit.xcvj.dist.duo sunt. ⁊.ij.q.vij.§. item quū balaam.ℵ.sed notandū est. Et fm hoc videreť dicēdū. q̄ licet christus sit rex ⁊ sacerdos:tm eius vicarij.s. apli ⁊ eoz successo:es nō sunt sacerdotes ⁊ reges. imo solum cōuenit ei ptās sacerdotalis vel pontificalis ex ꝓcessione christi. Si aūt aliquibus eoz cōuenit ptās regia: hoc est ex ꝓcessione pncipum terreno::sicut ex ꝓcessione constantini habet roman⁹ pontifex imperialem ptātem.xcvj. dist.cōstantinus. vide.s.xliij.ar.§.sciendū.xiij.ar.ℵ.eccle. sia. Sed licet hoc videat pma facie rōnabiliter dictum: tm pfundius considerare volentibus veritatē plus ⁊ aliter dicere cōuenit. ¶ DD Jn pmis ergo distinguenduz est de sacerdotio ⁊ de regno seu de regia ptāte. videť aūt de his distinguendū sicut ⁊ de scientia. Est aūt quedā scientia humanitus adinuenta.vt scīa pbica:q̄ ð: sapientia secularis ⁊ lre seculares. xxxvij.dist.vino.⁊.c.qui de mēsa.qdam ℵ diuinitus reuelata:vt sacra scriptura.vnde.ij.ad Timoth.iij. Dis scriptura diuinitus inspirata ⁊c.l.dist. si quis diaconus.⁊ vtraqz a deo est.q̄ est sciētiarū dñs.vt in Cantico Anne.s.Regū.ij.⁊ ad Ro.s.ibi. Deus em illis manifestauit: ⁊ principalis auctho:a quo est oīs sapia.vt ð: Sap.s.tm diuersimode est vtraqz a deo. Prima scz philosophica/est a deo mediante natura intellectus humani:per quē adinuenta est huiusmodi scientia:⁊ mediantibus rebus q̄ sunt ipsi⁹ scientie cā.⁊ q: tā intellectus humanus:in quo est scīa: q̄ ipse res de qbus est scīa: sunt opus dei.ideo scientia hmōi ð: esse ab ipso: q: opus nature est opus dei. vnde ⁊ deus ipse pncipalis doctor esse hoim ð: vt Aug. ostendit in li. de magro. ¶ Scda ℵo scientia/scz sacra scriptura/est a deo nō mediante adinuētione intellectus humani: sed est ab ipso spāli modo eam reuelāte: sed ⁊ inspirante hoibus p quos nobis est tradita. spū em sancto inspirati locuti sunt sancti dei hoies/scz pophete apli ⁊ ceteri sacri scriptores.ij.Per.j.c.in fi. Simili g̃ modo est distinguendū de sacerdotio. Nam quoddā sacerdotiū est ex humana institutione. ⁊ hoc fuit in lege nature ante tempus legis scripte.⁊ eriā post legez datam/apud eos qui naturali tm lege viuebant. tunc em primogeniti sacerdotes instituebant:vel alij.pp:ia voluntate offerentes officium sacerdotis exercebant:licet forte nomen sacerdotis nō haberent. facit p hoc de cōse.di.iiij.qđ apud nos. Quoddā vero sacerdotiū fuit ex institutiōe diuina. ⁊ hoc inchoault in aaron. Illud em qđ fuit ex institutiōe humana cepit ab ipso exo:dio generis humani. vñ ⁊ fm Aug. abel sacerdos fuit. Illud vero qđ ex institutione diuina:cepit in aaron. vñ dicit Jsiđ. in lib. de pdonis eccīasticis. Jnitium sacerdotij aaron fuit. quā q̄ melchisedech pus obtulerit sacrificium. lℍeb. vij. Beñ. xiiij. ⁊ post hunc Abraam/Jsaac ⁊ Jacob: ⁊ in Beñ. legit in multis capitulis:sz isti spontanea voluntate nō sacerdotali authoritate ista fecerūt. Ceterū in lege aaron pmus sacerdotale nomen accepit:pmusqz pōtificali stola indutus victimas obtulit:loquēte domino ad moysen: Applica quoqz ad te aaron ⁊c. Exo. xxviij. ⁊ vlti. xxj. di. §. j. vbi de ritu ornamentoz sacerdotaliū:⁊ vnctionis ⁊ ꝓsecrationis sacerdotalis agitur. Talis aūt ritus nō erat in sacerdotio legis nature: licet aliqui tunc vnctionē interio:em haberent. sicut haberi pōt ex glo.ad lℍeb. vij. vbi agit de melchisedech: de quo dicit glo. q̄ nō fuit de gente iudeoz:: ⁊ ante circūcisionē functus est sacerdotio: vt nō gentes a iudeis: sed iudei a gentibus sacerdotiū acciperent. ⁊ nō fuit vnctus oleo visibili: vt moyses instituit: sed oleo exultationis ⁊ puritate fidei. nec aliā imolauit: sed in pane ⁊ vino christi sacerdotiū dedicauit. de hoc plene. ℣. ar. xxxvj. ℵ. tēpore. ¶ Est igit: vt iam dictum est: duplex sacerdotiū: ⁊ vtrūqz est a deo: sed diuersimode. Nā primū est a deo mediāte natura: q: naturalis lex dicrat deū eē colendū: ⁊ ei eē sacrificandū ⁊ offerēdū. vñ Ro.j. Jnuisibilia em ipsi⁹ a creatura mūdi per ea que facta sunt intellecta ꝓspiciunť ⁊c. vñ ⁊ oīs idololatria pcīm ꝓtra naturā est. vnde ⁊ sequit. ⁊ mutauerūt gloriā incorruptibilis dei ⁊c. ⁊.j. ⁊ seruierūt creature potius q̄ creatori ⁊c. offerre autē ⁊ sacrificare ad sacerdotes ptinet. lℍeb. v. in pn. oīs nāqz pontifex ⁊c. ⁊.j.q. j. ipsi sacerdotes:⁊.c. sacerdotes. vñ ex dictamie iuris naturalis/vel sponte/vel p institutionē humanā/alij sacerdotale officiū exercuerūt: vt dictū est: offerendo ⁊ sacrificando. Aliud ℵo sacerdotiū est a deo instituente: qđ incepit ab aaron: vt dictū est: de quo intendo: sed translatum est ad christū: qui constitutus est a deo sacerdos fm ordinem melchisedech. ps. cix. lℍeb. vij. ex de cōsti. translato sacerdotio. cuius sacerdotiū existit in ecclesia p cōmunicationē qđ pfectius ⁊ excellentius est: q̄ legale sacerdotiū. Et sic distingui pōt triplex sacerdotium. Unū quidem ex humana institutiōe a iure naturali: de quo dicit: ⁊ hoc est dotiū impfectum ⁊ quasi informe. Aliud est ex institutione diuina: de quo dicit. ⁊ istud impfectum ⁊ figuratum. Tertiū est ex institutiōe diuina deo illud hoi christo dante: nō ministerio alicui⁹ hois: neqz fm ritū visibilis vnctiōis: sed immediate ipm vnguēdo inuisibilis gratie plenitudine. ex de sacra vnc.c.j.⁊ sic sacerdotem ipm cōstituendo. et hoc est sacerdotiū euāgelicum ⁊ gratie: qđ verum ⁊ perfectū est. ⁊ fm participationē huius sacerdotij fiunt ⁊ sunt ⁊ dicūtur sacerdotes in ecclesia: qbus ad instar sacerdotij le-

Virgilianum carmen.

Ptās sacerdotalis et regalis an eidem cōperāt psone.

Potēs regalis

Scia duplex.

Sacerdotium duplex.

Sacerdotium triplex.

galis/visibilis vnctio adhibetur inuisibilē gratiam designans.ēt de sacra vnc.c.j.xxj.q.j.§.ecce sufficiēter. Sacerdotiū igitur naturale nō destruitur p euāgelium: sed pficitur ⁊ formatur:q: gratia nō tollit naturā:sed formatet pficit. Sacerdotiū ꝺo legale cessauit:quia figurale erat. aduenīente aūt veritate cessat figura.xxxv.q.j.c.j.de cōse. dist.iij.c.reuera.ēt de purga.post par.c.j.de pse.di.iij.sextā. sed nō quātum ad modalem intelligentiā.vj.di.§.his ita. Sacerdotiū vero euāgelicum tāꝯ verū ⁊ pfectum pmanet intra se/cōtinens qđ ⁊ naturale est ⁊ adimplens legale:qđ in ipm translatū est. Aliter pōt quoq; distingui de sacerdotio:q: quoddā est ꝑpium:⁊ quoddā cōmune. ꝓprium est ꝑ quē quisq; fidelis dicit sacerdos: dum ꝑ se offert deo spūale sacrificiū siue cōtriti cordis/siue afflictionis carnis/siue cuiuslibet boni operis. De pmo ps.l. Sacrificiū deo spiritus contribulatus cor:⁊ ꝯtritū ⁊c. de pe.di. j.in pn. De scdo ad Roma.xij. Obsecro vos p miam dei: vt exhibeatis cor:pora vestra hostiā viuentem. De tertio ps.iiij. Sacrificate sacrificiū iustitie ⁊c. De hoc sacrificio dicit Apoc.j.vbi Joānes de christo loquēs ait. Fecit nos deo ⁊ patri suo regnū/⁊ sacerdotes. sup quo dicit glos. fecit nos sacerdotes: vt q̄ ꝑus demonijs imolauimus deo deinceps immolemus. Et qui obtulimus diabolo sacrificium peccatoꝝ:amodo offeramus sacrificia bonoꝝ operum. Item.j. Per.ij.ibi: Et ipsi tāꝯ lapides viui supedificamini domos spūales sacerdotiū sanctuz offerre. spūales hostias acceptabiles deo ꝑ iesum christū. ⁊ paulo post ibi: Vos estis genus electum regale sacerdotiū ⁊c. Commune aūt sacerdotiū est qđ alicui tribuit ꝓ salute multorū viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ.xiij.q.ij.anime. ꝑ quod dānt sacerdotes in eccl̄ia ad sacrificandū deo ꝓ salute populi: ⁊ ad offerendū deo ꝓces ⁊ vota ppl̄i.j.q.j.si sacerdotes. ⁊ de hoc sacerdotio est nunc intentio. Est aliud sacerdotium execrabile ⁊ abominabile idoloꝝ falsoꝝq; deoꝝ:qđ nō tam sacerdotium q̄ sacerdotij puerilitas dici debet: de quo sacerdotio.iiij.Regū.x.di:q̄ iehu interfecit sacerdotes baaal.⁊ ponitur.xxij.q.ij.vtilem.

¶ Articulus.lij. A

Regia ptās varia.

REgno aūt seu de regia ptāte distinguendū. Quedam em̄ est ex humana institutione natura inclinante ad hoc. Nam in bestiis aialibus:q̄ gregalia sunt ⁊ socialia: ex instinctu nature inuenīt quoddā regimē.multo magis igit in hoīb⁹: q̄bus naturale est in societate viuere magis/q̄ cuilibet alij aiali. ⁊ inclinatio est ad institutionē regiminis. ad Ē vij.q.j.in apibus.⁊ hmōi regnū ꝺ: esse ex iure humano/q̄ a natura oritur. Quedā vero ptās est regia ex institutione diuina vel ex iure diuino/q̄ ꝓcedit a grā. Utraq; aūt ptās regia est a deo:sed diuersimode: quia ꝑma est a deo mediāte natura hoīm: quātum ad hanc inclinat ⁊ mediante humana institutione:q̄ inclinationē nature pficit.⁊ ideo ꝺ: ptās humana ⁊ naturalis. Secūda ꝺo est a deo specialī modo ipsam instituente ⁊ tradente:⁊ ideo ꝺ: ptās diuina ⁊ supernaturalis.de qua ꝺ:. Non est ptās nisi a deo.ad Roma.xiij.xxiij.q.j.q̄d culpaſ.xj.q.iij.qui resistit. Et ꝑma quidē ptās regia versatur circa regimen tpaliū ⁊ terrenoꝝ:ideo terrena ⁊ secularis vel tēpoꝛalis ꝺ:. Secūda vero versatur circa regimen spūalium ⁊ celestium: ideo spiritualis ⁊ celestis vocat. Amplius ꝑma ptās regia innenitur cōiter in hoīb⁹: ⁊ quolibet tempoꝛe fuit. ⁊ largo modo loquēdo.sc̄z ⁊ tēpoꝛe legis nature/⁊ legis scripte/ ⁊ euāgelij. ⁊ apud quoscūq; hoīes cuiuscūq; stat⁹ erit⁹. sc̄z fideles ⁊ infideles iudeos ⁊ gentiles. vñ.j.Regū.viij. ꝺ:. Cōstitue nobis regem vt iudicet nos:sicut ⁊ vniuerse habēt nationes. quia illud nature oībus est cōmune participantib⁹ illā naturā. Jn hoc tñ differēter fuit hmōi regimen vel ptās apud iudeos ⁊ gentiles:q: apud gētiles fuit solum ex humana institutiōe. apud iudeos vero fuit aliquo modo ex institutione humana: sed interueniente speciali oꝛdinatione diuina:sm quā ⁊ iudices ⁊ reges instituti sunt in illo ppl̄o:⁊ ideo multo melius regimen fuit apud iudeos q̄ apud gentiles. Secūda vero ptās regia solū fuit ⁊ est apud vnū⁹ dei veri cultoꝛes. ⁊ in veteri qđē testamento ex parte ⁊ imꝑfecte/⁊ quasi in figura cōcessa fuit aliquibus hec potestas a deo:vt patebit. Jn nouo autem testamento p̄ christū plenē⁹ tradita est. Adhuc vtraq; ptās regia distincta est a sacerdotio. sicut ex diuersitate officioꝝ ⁊ actuū ostendet infra. Sed ꝑma ptās regia sic distincta fuit a sacerdotio/q̄ vt in pluribus attributa fuit distinctis pſonis ꝑpter magnā differētiā actuū vtriusq; ptātis:ne vna p aliam impediret in operādo:nā quolibet tempoꝛe inuenīt vtraq; fuisse simul in aliqua vna pſona. ¶ B Jn tēpoꝛe quippe legis nature melchisedech rex fuit ⁊ sacerdos. Heb.vij. similiter ⁊ iob sacerdos fuit: q: holocausta obtulit. Job.j.ibi/Offerebat holocausta per singulos ⁊c. Et rex fuit sicut ipse ait: Quūq; sederē quasi rex circūdante exercitu. Job.xxix. Primogeniti quoq; regum sacerdotes ⁊ reges erant: vt quidē fuerunt. ⁊ Jsiđ. ait lib.vij.etymol. Maioꝛ ꝓsuetudo hec erat: vt rex etiā esset sacerdos vel pontifex. vnde ⁊ romani principes vel imperatoꝛes pontifices dicebantur. ar.ff. de iust. ⁊ iu.l.j.⁊ expssum.xx.di.cleros. ꝟ. pontifex. ibi/antea. Jn tēpoꝛe vero moysaice legis samuel simul sacerdotis ⁊ iudicis officio fungebat: vt habet̄.j.Reg.vij. ⁊ quasi p totū. Alio etiā tēpoꝛe p sacerdotes dei ppl̄s regebat. sicut in lib. Mach. apparet. Jn tempoꝛe aut gr̄e summus pontifex imperiali ⁊ pontificali potentia vtitur.xcv.dist.p̄tantinus. ¶ Secunda vero ptās regia sic distincta est a sacerdotio/q̄ in vna ⁊ eadem pſona inueniturvtraq;.in oībus em̄ epis est vtraq;:⁊ hec est illa duplex ptās que in eis distinguitur solet oꝛdinis ⁊ iurisdictionis. de qua legit ⁊ no. ēt de elec. transmissam. de pse.eccle.vel altra.aqua. ptās em̄ oꝛdinis est sacerdotalis. ptās ꝟo iurisdictionis quodāmodo est regalis.aliq̄n tñ vna istarū inuenīt in aliquibus sine alia. quidā em̄ habent ptātem oꝛdinis: sed nō iurisdictionis. ēt de renū.post translationē.§.cū ꝟo. ibi in.ꝟ. maxime si veritate subnitit:q̄ dict⁹. J.loco tñmodo cesserit memoraro:⁊ nō oꝛdini.⁊.c.ad supplicationē.⁊ de oꝛdi.ab epō q̄ re.c.j. quidā aūt ecōuerso hābent ptātem iurisdictionis:sz nō oꝛdinis vt archiđ.xxv. di.perlectis ꝟ. archidiacon⁹.et ar.ad hoc.l.dist.qui sub gradu. ¶ Ex hijs igit distinctionibus pmissis videndū est q̄bus conueniat: ⁊ q̄bus cōmunicata est tā sacerdotalis/q̄ regia ptās. Sacerdotiū sic̄ dictum illud qđ ꝺ: naturale:⁊ est ex humana institutiōe:cōmunicatū est aliquibus sm ipsoꝛ hoīm voluntatem. Sacerdotiū ꝟo legale ꝓcessum est spāliter aliquibus ex ꝑce/pto dñi:vt aaron ⁊ eius generi:vt supꝛa dictū est:licet fuerit immutatū tpe heli:⁊ ad samuelē trāslatum:in quo designabat: vt supꝛa dictū est:sc̄z in ar.p̄ce.§.cōuenit.ꝟ. in primis mutatio sacerdotij legalis in sacerdotiū christi quē samuel pfigurauit. Samuel em̄ interpretat postulat⁹ a deo. iste est christus a sanctis patrib⁹ ⁊ ꝓphetis a deo patre cū multis gemitibus ⁊ suspiꝛijs postulatus:q̄ samuel fuit ꝓphera sacerdos ⁊ iudex. Sacerdotiū ꝟo euāgelicū cōmunicatum fuit a christo apl̄is ⁊ coꝛ successoꝛibus eoꝝ per istos etiā alijs. quātum em̄ ad actū sanctificandi/cōmisit christus ptātem sacerdotalem in cena. Joā.xiij.vbi postq̄ ipse coꝛpus et sanguinē ꝓsecrauit: ⁊ apl̄is sumēdū tradidit:formā eis reliquit ⁊ potestatem similiter faciendi:quū ait. Hoc facite in meā cōmemoꝛationē. Luce.xxij. Matth.xxvj. Mar.xiiij.de pse.dist.ij.timoꝛē.c.quia coꝛpus. ⁊.c.in christo semel.c.panis est in altari.⁊.c.iteratur. ꝓ hoc facit qđ no.xxj.dist.in nouo.in glos.ij.ꝟ. de apl̄is vero ⁊c. Quātum vero ad actum docendi/⁊ alia sacramenta exhibēdi/sacerdotij potestatē dedit ⁊ officiū ꝓcessit: quū ait. Euntes docete omnes gentes/baptizantes eos in nomine patris ⁊ filij/⁊ spūsancti ⁊c. Matth.vlti. Mar.vlt. ēt de bap.debitum.de pse.dist.iiij.ꝓpie. ⁊ quū ait Jo.xx.

Quoꝝ remiseritis peccata remittũtur eis ⁊c.ſ.q.ſ.remiſſione. ¶ Poteſtas autẽ regia temporalis: que eſt ex iure humano: cõmunicata eſt quibuſdam hoibus qui ſunt inſtituti rectores alioꝝ: vel ex ordinatione ſolũ/⁊ cõmuni conſenſu alicuius cõmunitatis hominũ/ſicut in populis gentiũ: vel interueniente cũ hoc ſpeciali ordinatione ſeu ꝓceſſione diuina. ſicut in ꝑplo iſrael. Credendum eſt aũt ſicinſtituros aliꝯ ad regimen alioꝝ fuiſſe poſtꝯ multiplicari cepit humanũ genus. ſed hmõi rectores non ſunt ſemꝑ appellati reges: ſed licet hoc nomen nõ eſſet: res tñ nominis erat. vñ ⁊ apud iudeos aliqñ dicti ſunt iudices. vt in lib. Iudicũ per totũ. poſtea vero dicti ſunt reges: vt in lib. Regũ. quãdoꝯ tñ nũcupari ſunt duces. Nomẽ aũt regis poſt diluuiũ cepiſſe dicit a nemroth. vide qõ ſcripſi ſ. xxxvj. ar. ꝺ. iſtius. Beñ. ꝛ. ibi: Fuit autẽ ꝓncipium regni eius babylon. ⁊ de iſto di. vj. §. ius ꝺo. apud iudeos cepit in ſaule q̃ primo vocatus eſt rex deo id concedente ad inſtantiã ꝑpli ⁊ ſignante eum. ſ. Regum. ix. vltra mediũ. ibi: Ecce vir quem dixeram tibi: iſte dñabitur ꝑplo meo. ⁊. ſ. Regũ. x. ad fi. ibi. ⁊ clamauit cũctus populus: ⁊ ait/viuat rex. ¶ Poteſtas aũt regia ſpiritualis in veteri quidẽ reſtamento aliqualiter ⁊ ex parte cõmunicata eſt ſacerdotibus: ad quoꝝ officium ꝓtinebat iudicare de quibuſdaꝫ ſpũalibus: vel que erant figura ſpũalium: ſicut inter lepram ⁊ lepram/mũdum ⁊ immũdum. ⁊ alia hmõi. Leuit. xiij. ⁊ xliij. xſ. q. iij. quomodo. de pe. diſ. i. §. ex his. ꝺ. moyſi quoꝝ. ex/qui ſi. ſint le. per venerabilem. §. rõnibus. ⁊. xx. diſt. §. j. ¶ ꝺ In nouo aũt teſtamento cõmunicata eſt ⁊ ꝯcredita a chriſto aplis/⁊ eoꝝ ſucceſſoribus. tunc ſcz quãdo dicti eſt eis. Matth. xviij. Quecũq alligaueritis ſup terram: ligata erũt in celis. de pe. di. i. q̃ penitet. Poteſtas em ſoluendi ⁊ ligandi eſt ptãs iudiciaria: que ad reges vtiq ꝓtinet. Singulariter aũt ⁊ ꝓncipaliter data eſt hec poteſtas regia/iſto modo beato petro: ⁊ in ipſo cuilibet eius ſucceſſori. immo ⁊ toti eccleſie quando dictum eſt ei Matth. xvi. Et tibi dabo claues regni celoꝝ. xxiij. q. i. quodcũq. ⁊. §. ꝓcce. ſi aũt. ⁊. xxi. diſt. in nouo. ⁊ ex de elec. fundamenta. i. rñſo. lib. vi. ¶ E Clauis aũt vt hic ſumit ꝙd deno impoꝝtat ſpũalem poteſtatẽ introducendi ad celeſte regnum: vel excludendi ab ipo. vij. glo. xxi. di. §. i. ſuper verbo claues/que incipit: Bꝛaian⁹ dicit q̃ clauis ſacerdotalis eſt ipſa poteſtas ſacerdotalis: per quã ligat ⁊ ſoluit. huiuſmodi aũt poteſtas eſt iudiciaria: ac ꝙ hoc regalis: q̃ iudicare ꝓprie ꝓtinet ad regis officiũ. xxiij. q. v. regũ. vnde ij qui hãc poteſtatẽ habent in eccleſia/reges dicuntur. nõ minus vere ac ꝓprie: ſed magis q̃ ij qui temporalem habent iuriſdictionẽ: ⁊ tanto magis: quãto regnũ in ſpũalibus excellentius eſt ⁊ dignius q̃ regnũ in tẽporalibus. Et ſicut vere ⁊ ꝓprie dicũtur iudices: ita vere ac ꝓprie reges dici poſſunt/ſe ⁊ alios virtutibus regentes. ⁊ ideo regimen habẽres: vt dicit Hiero. xij. q. ij. duo ſunt. vocanꝫ etiam ꝓpter hoc paſtores. ex de elec. fundamẽra. lib. vi. xxiij. q. iiij. tres ꝑſonas. Jo. x. xcv. di. ecce ego. cuz. c. ſeq. quia etiã paſcere ꝓprium eſt regie poteſtatis. Jdeo reges olim dicebãtur paſtores. vnde ⁊ petro dictum eſt a chriſto. Joã. vlti. ⁊ ex de elec. ſignificaſti. ⁊ de maio. ⁊ obe. ſolite. paſce oues meas. per qõ ei cõmittit regimen eccleſie. ⁊ ipm cõſtituit regem ⁊ ꝓlatum eccleſie: vt legit ⁊ no. xxi. diſt. in nouo. ¶ F Hoc aũt qõ dictum eſt/ſcz q̃ habẽtes iuriſdictiones ſpũalem vere ⁊ ꝓprie dicanꝫ ⁊ ſint reges: ꝓbari poteſt. Reges nãq ſm Jſiõ. dicti ſunt a regẽdo. xxi. q. j. duo ſunt. ij. q. j. ſcelus. habentibus aũt dictã poteſtatem cõuenit regere ꝑplm fidelium/ſm illud qõ dicitur Actuũ. xx. per paulũ: Attendite vobis ⁊ vniuerſo gregi in quo vos ſpũſanctus poſuit epos regere eccleſiam dei quã acquiſiuit ſanguine ſuo. facit. xcv. di. eſto. Dicit autem Paulus a ſpũſancto poſitos: q̃ inſtinctu ſpũſancti fuerũt poſiti ab aplis/ſm illud Actuũ. xiij. in pn. Dixit illis ſpũs: ſegregate mihi barnabam ⁊ paulum in opus ad qõ aſſumpſi eos. lxxv. diſt. q̃ die. vel quia epoꝝ ordinatio ex gratia ſpiritusſancti eſt: quã deſignat vnctio illa/que in epiſcopoꝝ ordinatione vel conſecratione adhibetur.

¶ Jtem apoſtoli eoꝝ q̃ ſucceſſores dicũtur ꝓncipes/ſm illud ps. xliij. Pro patribus tuis nati ſunt ti. fi. cõſti. eos ꝓnci. ſup oẽm terram. lxviij. diſt. quoꝝ vices. ⁊ iterũ ps. cxxviij. Nimis honorati ſunt amici tui deꝰ/⁊c. glo. q: facti ſunt ꝓduces ⁊ paſtores eccleſie. facit. xxxv. diſt. eccleſie ꝓncipes. qliter ſitꝫ dici debent reges: de q̃bus regibꝰ dicitur in ps. lxvij. Dum diſcernit celeſtis reges ſuper eam. vbi dicit glo. celeſtis. i. chriſtus/qui ſup omnes celos aſcendit: diſcernit. i. diuidit vel diſtribuit/reges. i. doctores ſup eam ſcz ſup eccleſiam. ⁊ iterum in alio ps. xliij. dicit: Dele crauerunt te filie regum. ſuper quo dicit glo. reges dicit apoſtolos: qui ſe ⁊ alios in virtutibus regunt. xxi. q. j. duo. quoꝝ filie ſunt omnes per eos in fide generati vel geniti. Et btus Dionyſi. xij. c. de diuinis nominibus. dicit q̃ ſacra eloquia ꝓncipaliores ornatus. i. illos qui ſortiũtur ꝓximos gradus: ⁊ qui ſunt ſupremi: vocant ſanctos ⁊ reges ⁊ dños ⁊ deos. Jtem ſuper illud Apocal. c. j. Primogenitus mortuoꝝ: ⁊ ꝓnceps regum terre. diſtinguit glo. de regibus dicens. Alij ſunt reges regendo per diuinam diſpoſitionem ſibi ſubiectos: alij ſunt reges regẽdo fideles a deo ſibi cõmiſſos: alij ſunt reges auriliante deo regendo tñmodo ſeipſos. Primi ſunt ꝓncipes ſeculares. ſecũdi eccleſiarum paſtores. tertij ſinguli quiq̃ fideles. Sed chriſtus omniũ ꝓnceps eſt: q: ab ipſo eſt ⁊ poteſtas ſecularis: ⁊ cura paſtoralis: ⁊ ſingularis ſolertia cuiuſlibet fidelis. que cuncta: ſicut ab ipſo habent originem: ſic ſm ipſum habere debent actionem vt ꝓncipes poteſtatẽ ſecularem inter ſubiectos ſibi heies/teneant iuſticiam. paſtores q̃ curam paſtoralem/fidelibus ſibi cõmiſſis prebeant doctrinam. ⁊ ſinguli fideles per ſingularẽ ſolertiã/in ſemetipſis ſeruent ſanctimoniaz. ¶ B Pater igitur ex hac diſtinctiõe/q̃ paſtores eccleſie vere ſunt reges: inter quos ĩs qui ſummus/petri ſcz ſucceſſor: eſt rex regũz/tam ſecularium q̃ ſpũalium: q̃ ſinguloꝝ fidelium: ſicut ipſe chriſtus: cuius eſt vicarius i terris. ex de elec. fundamenta. lib. vi. quũ ꝓnceps dicitur regum terre. Apocal. ſ. id eſt qui in terra ſunt. ¶ Ex eo autem q̃ reges ſunt vocantur etiam prelati: quia preſunt: qõ regibus conuenit. vnde Sap. vi. Reges terre diligite ſapientiã. ⁊ ſubdit iterando: Diligite lumẽ ſapientie oes qui preeſtis populis. tamq̃ idem ſit regem eſſe: ⁊ ꝑplo peſſe. videt: licet omnis ꝓlatus poſſit dici rex. xxi. diſt. c. j. ꝺ. antea autẽ tñ q: regia ptãs eſt ſumma in humanis. vt dicit Hugo in li. de ſacramentis: ideo reges vocanꝫ ſimplr ſupremã ptãtem habẽres. qui vero ſub eis habent ptãtem ſm aliquid ⁊ nõ ſm pliciter: alia noia ſortiũtur ſibi ꝓpria. vñ. ſ. Pe. ij. Siue regi quaſi pcellenti: ſiue ducibus tãq̃ ab eo miſſis ⁊c. ex de maio. ⁊ obe. ſolite. ⁊ ſm hociter platos eccl'ie/ille q̃ ſummus eſt: dicit rex ſimplr/ſm ptãtem ſpũalem. Quo aũt ſit rex etiã ſm tẽporalem. j. patebit. Alij vero ꝓlati: etſi reges dicunꝫ ⁊ ſint: non tñ ita ſimplr ⁊ abſolute ſicut ſummus prelatus ſcz papa. ⁊ eodem modo eſt dicendũ de poteſtate regia tẽporali. ¶ H Sed ſi vt oſtenſum eſt: ꝓlati eccleſie ſunt reges: quare ita a fidelibus cõmuniter non vocantur? Rñdeo. Prima cauſa eſt ꝓpter ſupbiam euitãdam. Chriſtus em humilitatis magiſter. iuxta illud/Diſcite a me: q: mitis ſum ⁊ humilis corde. Matth. xi. ij. q. vij. qui ſe ſcit. xcv. diſt. ecce. ſuos diſcipulos ⁊ vicarios voluit p oia humiliratem ſeruare ⁊ oſtendere. vñ Luce. xxij. dicebat. Qui maior eſt veſtrũ fiat ſicut minor. ⁊ qui preceſſor: ſicut miniſtrator. ſimile Matth. xx. ꝓpter qõ nõ ſolum ſupbia: verũ etiam ſupbie nomen debet declinari et euitari ab eis. ar. bo. xcix. di. ecce. c. di. cõtra morem. vbi dicitur. Nihil in epali ceruice ſplendidius fulgeat q̃ humilitas. Nomen aũt regis videtur ſupbiam importare propter illoꝝ maliciã qui ſepe abuntur ptãte regali in ſubditos: nõ regimen: ſed tyrãnidem exercentes: ⁊ rem noiã nõ tenentes. vnde ⁊ dñs ꝓpterea puto poſuit malas cõ

Clauis fundamenta. ſ. rñſo. lib. vi.

Jurisdictionem ſpũalem habentes dicũtur reges.

Ecclefie paſtores ſunt reges.

apli ⁊ eorũ ſucceſſores dicũtur reges.

cunctꝰ ꝓncipes.

lem:inquantū vice dei agit.ꝛ id qđ ipse agit dicit de⁹ agere.q: qui per aliū facit:per se facit.ex de pscrip.ſi diligenti.ꝛ de sen.ex.mulieres.in fi.vbi de hoc in glos.ſi sup:a.Sed hmōi institutio p:incipū in ecclesia iure diuino non excludit illā que de iure humano est:sed eā fo:mat ꝛ perficit.vt superi⁹ est dictū. Nā ꝛ in institutione pontificū que fit per superio:ē pontificē p:ecedit quedā imperfecta institutio p ius electiōis.de hoc legit ꝛ no.lxiij.di.quāto. ¶ Ex Dꝛ aūt potestas tēpo:alis p spūalē iudicet/p:eter sup:adicta sic ostendit. P:incipes em tēpo:ales de facili degenerant a bono regimine:ꝛ efficiunt tyr:āni.qđ ptz in multis exemplis:tā apud gentiles/q̄ in pp̄lo israelitico:ꝛ post ch:istū in pp̄lo ch:istiano:in q̄bus plures p̄ncipes tyr:āni fuerūt: pauci aūt reges veraciter. Et hui⁹ ratio est:q: regi conceditur magna potestas.ꝛ q: non est nisi hoīs virtuosi bene ferre bonas fo:tunas: ideo in eo cui tam magna potestas cōceditur:perfecta virt⁹ requirit. Perfecta aūt virtus in paucis inuenit.Et ideo pauci reges regaliter p̄ncipant. plures aūt ad tyr:ānidem declinār:ꝛ maxime ꝓpter cupiditatis vitiū:q̄ radix est oīm malo:ꝝ ſm apl̄m.ſ.ad Timo. vſ.xlvij.di.bono:ꝝ.Hinc est q̄ dñs in populo isra:l a p̄ncipio nō instituit regem cū plena potestate:sed iudicē ꝛ gubernato:ē/in eo⁹ custodiā.postea vero regē ad petitionē populi quaſi indignat⁹ cōcessit.qđ ptz per illud qđ ait ad Samuelē. Non te abiecerūt:sed me:ne regnē super eos.ſ. Reg.viij.viij.q.ſ.audacter. Hec aūt facilis declinatio p̄cipū ad tyr:ānidem vergit in dispendiū salutis ꝛ ipso:ꝝ p̄ncipantiū iniuste/ꝛ etiā subdito:um.qui dū tyr:ānice oppi: munt in ea q̄ sunt saluti cōtraria decidūt. Deus aūt ecclesiam suam sic vult disponi ꝛ gubernari:ficut magis exp̄dit saluti fideliū.sed p:incipes seculares ad tyr:ānidem cito conuertibiles vt in pluribus vtile ꝛ necesse est/vt iudicentur per superio:ē aliquam potestatē in ecclesia: cui⁹ timo:e ab exercenda tyr:annide retrahantur. ¶ F

Ex dictis aūt ꝛ circa dicta possumus aliqua elicere:ꝛ aliqua notabiliter considerare circa potestates istas. P:imo q̄dē considerādum est q̄ q: potestas tēpo:alis p:eexistit in spūali: ficut inferio: v⁹.t⁹ in superio:i:et causatū in causa. vt dictū est. Ideo quicūq; sunt sub potestate tēpo:ali:sunt etiā sub spirituali.non aūt econtra. vt dictū est. Nā sub spūali sunt tā clerici q̄ laici:licet clerici specialius. q: eo:statꝰ est spiritualio:quū sint specialiter in so:tē dñi electi.xxj.di.cleros. xij.q.ſ.clericus qui. Sub tēpo:ali aūt sunt laici solū.nec ꝝ quantū ad oia:sed solū quoad tēpo:alia. Clerici aūt a tēpo:ali potestate sunt liberi.quū sint ad spūalia deputati. ex de immu.eccle.nō mīn⁹.c.ſ.ꝛ.c.aduersus.xxv.q.ſ.placet. ꝛ.c.generaliter. Ex aliqua tñ causa ꝛ ꝓpter aliqđ temporale subiiciunt interdū p:incipi seculari ſm aliquē modū xvij.dist.nec licuit.xxiij.q.viij.§.ecce. ¶ B Item oia bona tēpo:alia q̄ subsunt potestati tēpo:ali/subsunt etiā spirituali.non tñ eodē modo:ꝝ: tēpo:ali subsunt immediate spūali ꝛo mediāte tēpo:ali subsunt:quantū ad immediatam administrationē ꝛ dispēsationē. Spūali aūt quantū ad p:incipalē o:dinationē. Quedā ꝛo tēpo:alia subsunt spūali:q̄ non subsunt tēpo:ali.vt sunt illa q̄ ad spūalia cōnexionē habēt.vt ecclesiastica beneficia:siue cōstent in decimis/p:imitijs/oblationib⁹ fideliū:siue in ijs que donātur ecclesijs ex deuotiōe:siue in alijs q̄ qualitercūq; obuenīunt/aut acquiruntur ecclesijs.ad hec.ſ.q.iij.ſi quis obiecerit.c.saluator.c.quesiit.ex de iudi.quāto.ex de iure pa. consulit.ꝛ.c.de iure.ex de pēnis.in q̄busdā.ex de ſ. signi.causa carpēſis.ex lib.vſ.de elec.generali.xvſ.q.vij. decimas.r.q. ſ.in p:imis.viij.c. ¶ Item oēs actus q̄ conueniūt potestati tēpo:ali:conueniunt etiā spūali.non tñ eodē modo:sed excellētius. Nam spūalia conueniunt ſm imperiū:ſm nutū:ſm directionē:ꝛ immediate. Tempo:ali aūt cōueniūt ſm vsum:ſm ministeriū:ꝛ obsequiū:ꝛ mediate. Sed spirituali cōueniunt aliqui actus:qui nō cōueniūt tempo:ali: et de q̄bus nō debet nec potest sine offensa se intromittere tempo:alis.cuiusmodi sunt actus spūales:ꝛ circa spūalia.ex de cōſt.ecclesia.de re.eccle.non alie.cum laicis.xcvj. di.bene quidem.ex de elec.quisquis.ex de iudic.ar ſi clericus.de fo:o cōpe.ſi diligenti.x.q.ſ.sanctorū.cum ſi. Et hmōi ratio sumitur ex o:dine potestatū. q: inferio⁹ potestas nō debet sibi vsurpare que ad superio:ē pertinēt. ex de of.le. qđ translationē.vñ ꝛ plures hunc o:dinē peruertentes:ꝛ ea que nō conueniūt ꝓp:io gradui/ꝛ officio:punīti legūtur.ſicut ptz de Oꝛzia rege incēsum offerēte.ij. Paralipo. xxvſ.ibi. Nō est tui officij Oꝛzа/vt adoleas incēsum dño. Idem in Saule.ſ.Regū.iij.ꝛ.xiij.ꝛ.ſ.statimq; orta est lepra in frōte ei⁹.ij.q.vij.§.his ita.ā. Idē in Datan ꝛ Abiron vsurpātibus officiū suum. Nume.xvſ.vij.q.ſ. denicq. ex de elec.licet.ꝛ de plurib⁹ alijs.vt beatus Dionysius pulchre ostēdit in epla ad Demophilū.vbi post exēpla multa que ponit ad hoc q̄ aliq̄s non debet agere nisi ea q̄ pertinent ad ꝓp:iū officiū:cōcludit:Quare non est fas sicut sancta eloquia dicūt:nec ea que iusta sunt:nō ſm dignitatē exēplo:oportet aūt vnumquēq; sibi attēdere:ꝛ nō ultro:ꝛ p:ofundio:a intendere:deliberare aūt ea sola que sunt ſm dignitatē ipsi o:dinata. hucusq; dionysius. ¶ Ie Verumtamen q: nōnulli p̄ncipes tēpo:ales de q̄busdā se spūalibus intromittūt:vt de collatione beneficio:ꝝ ecclesiasticorū. vt Rex Frācie in multis ecclesijs regni sui.aut custodia rerū ecclesiasticarū.vt in cano. ex lib.vſ.de elec. generali. Idco vt videat quomodo pōt eis cōuenire aut non: Sciendū q̄ quedā ſm se sunt pure spūalia.ꝛ ad hec nullo modo se extēdit potestas tēpo:alis:cuiusmodi sunt absolutio a pctis in fo:o p̄nie: consecratio eucharistie:ꝛ collatio alio:ꝝ sacramēto:ꝝ que ad p:esbyteros nō ad alios spectant.ſ.q.ſ.multi.de peni.dist.ſ.verbū.ex de peni.ꝛ re. nova. ¶ J Quedā aūt sunt spūalia:non ſm se/sed ꝓpter connexionem quā habēt ad spūalia.ſicut ecclesiastica beneficia.ſ.q.iij.ſi q̄s obiecerit.ꝛ ad hec aliquo modo pōt se extēdere potestas secularis:ꝛ aliquo modo nō. Nā virtute p:pria non se extēdit ad hoc:sed in virtute virtutis spūalis et potestatis/q̄ superio: est:pōt se extēdere instrumentaliter ꝛ ministerialiter. Vñ quando p:inceps tēpo:alis dicit cōferre beneficiū ecclesiasticum/ex collatione potestatis spūalis.talis collatio est a potestate spūali:ſicut ab habente authoritatē conferēdi.a p:incipe aūt est:ſicut administrātē exhibente in hui⁹ collatione:p:esentādo:vel exp:imendo personā aptā vel dignā.ad hec faciunt ea q̄ no.in summa.ſ.q.ſ.lxiij.di.hadrianus.ij.ꝛ.c.ſe.facit lib.vſ.de elec.generali.ex de offi.leg.dilectus.ex de his q̄ fi.a ꝑla.cū in apostolica.i fi.ꝛ vide quod no.xvſ.q.viij.decimas.ſ.ex de decimis. q̄uis. Si aūt talis collatio fiat a p:incipe sine cōsensu exp:esso spūalis potestatis/q̄ in hoc habet authoritatē mulla est ipa collatio de iure.vt est exp:essium.xvſ.q.vij. laicis.ꝛ vide qđ ibi no.nec ex cōsuetudine quantūcūq; lōgeua/ pōt hoc licitū sibi esse:quinimmo quāto talis consuetudo diuturnio:/tāto detestabilio:.ex de simo.cū in ecclesie.ꝛ.c. non satis.vbi de hoc. Secus ſi de hoc haberet p:iuilegiū: vt no.p:e.c.laicis. ¶ Scdo considerandū est q̄ quū dicit potestas tēpo:alis p:eexistere in illo apud quem est spūalis:non ita est intelligendū quaſi per duas potestates diuersas ꝛ distinctas habeat:sed q: per vnam suā potestatē super spūalia ꝛ tēpo:alia potest. Nā inferio:a sunt in superio:ibus vnitiue:ꝛ qđ in inferio:ib⁹ distinguitur: in superio:ibus vnitur. Dicit tamen in ipso esse duplex potestas ꝓpter respectū ad actus diuersos. nā p:out exercet actus spirituales/ꝛ administra:spūalia: dicitur habere potentiā spūalem.p:out aūt dirigit/ꝛ consulit/ꝛ imperat in tēpo:alibus:dicitur habere potestatē tempo:alē. Sic ergo vna potentia rationis distinguitur per officia diuersa in superio:ē ꝛ inferio:em. q: ſm q̄ intendit eternis ꝓspicien dis ꝛ cōsulendis:dicit ratio superio:. ꝓut aūt intendit rebus tēpo:alibus:dicit inferio:. vt bñs Aug. ait. Sic vna potestas habentis potentiā spiritualem/dicitur tempo:alis et spūalis;ꝛ distinguitur circa officia;ꝛ dicitur inferio:ꝛ su

Ypalia oia spūali subsūt ptāti.

Ypalis ptās ec/ clesie cō tucibil.

Benefi cioꝝ ec cli.facili cōtrib latis ad ꝓfi spectā ptātes.

perio: diuersis respectibus. q: tamen denominatio fit a digniori: ideo simplr dicitur hec ptās spūalis. ad hanc rationē facit ē de sacra vnc. c. j. §. quia vero. ff. in vertice vero. ¶ Tertio considerandū est q licet ille qui habet potestatem spūalem/ p: habeat in illa etiā tempo: alē: nō tñ est supfluum esse in eccl'ia pncipem/ tēpo: alem tñ potestatem habentē. P: imo quidē ppter modi agendi varietatem q: non eodem modo exercet iurisdictionē tempo/ ralem princeps tempo: alis ⁊ spūalis. vt dicitur est. vnde ppter diuersos agēdi modos/ opo: tet esse diuersitatem agentiū. ¶ Secūdo ppter indecētiam ⁊ indignitatem. Indignū ēm est ⁊ indecens: vt illi agant opera vilio: a: q̄bus cōperunt dignio: a ⁊ potio: a. Unde spūali potestati cui cōuenit agere spūalia. xcvj. dist. duo. indignū ⁊ indecens est/ circa tēpo: alium exercitium occupari. op. ar. xvj. q. j. de plentium. maxime ibi. oīmoda est ēm illius habitus ⁊ ist⁹ officij diuersitas. ⁊ nemo deo militās. fm apostolum. ij. ad Timo. ij. implicat se negotijs secularibus. lxxviij. dist. consequēs. ⁊ p totum. ē ne cleri. vel mona. sz nec pcurationes. ⁊ p totum in rub: o ⁊ in nigro. xxj. q. iij. credo. ⁊ p totum. xj. q. j. te quidē. Igitur congruū est esse aliquē inferio: em ptātem: q̄ circa hmōi tempo: alia occupetur. hoc bene ꝓbatur. j. ad Coz. vj. ⁊. xj. q. j. §. ex his. ibi. secularia ergo iudicia si habueritis: cōtēptibiles. i. laicos qui sunt in eccl'ia cōstituite. ⁊ in. c. te quidem. ibi. neq; ēm iudicem/ neq; cognitorem secularium negotio: q hodie te ordinare vult ch: istus: ne pfocatus hoim pscnib⁹ curis non possis verbo dei vacare. hec vero opera que tibi mius congruere diximus: exhibeant sibijnuicem vacantes laici. ⁊ te nemo occupet ab ijs studijs per que salus hominibus datur. ¶ Tertio ppter libertatē agendi. vt videlz spūalis ptās liberio: sit ad vacandum spūalibus: dū non impediatur per administrationē tempo: alium. vt in pte. c. maxime in. c. te quidem. Non ēm est homo vt deus: q̄ ꝓpter gubernationem inferio: nō impeditur a gubernatione superio: nec ecōuerso. immo in hoie intentio circa vnū impedit intentionē circa aliud: q: Pluribus intentus minor est ad singula sensus. ⁊ dū ad vtrūq; festinat: neutrum bene peragit. xvj. q. j. presbyteros. ibi. saris ēm incongruū est: si quis vnū ex his ꝓ sui magnitudine diligenter quis non possit implere: ad vtrūq; videatur idoneus. facit. lxxix. di. singula. ⁊ diuisus in duo/ nō habet sui plenariam ptātem. ē de cleri. cōiu. diuersis. vbi de hoc. ⁊ apls ad Coz. vij. ibi. qui autē cum vxore est: solicitus est que sunt mūdi quō placeat vxori: ⁊ diuisus est. vt pte. c. diuersis. Est ergo spūalis ptās sine impedimento intendat circa spūalia ⁊ diuina: expedit vt sub ea fit alia ptās: q̄ intendat circa tempo: alia ⁊ humana. ¶ Quarto ppter adiutorij necessitatem. q: spūalis ptās non sufficit ꝓ seipsam/ ad exercendum oia illa respectu quo: habet ptātem: sed indiget adiuuari. ⁊ ppter hoc opo: tuit esse quādam inferio: em ptātem: que spūali ministraret in regimine tēporalium: vt ipsam adiuuaret in pluribus que sola non pōt efficere: ipsamq; muniret atq; tueretur. ad hoc. xcvj. dist. cum ad verū ventū est. ibj. ⁊ pontifices ꝓ cursu tempo: alium tñmodo rerū imperialibus legibus vterent: quater. Spūalis actio a carnalib⁹ distaret incursib⁹: et deo militans minime se negotijs secularibus implicaret ⁊c. Item. Jhō. de summo bono li. iij. P: incipes seculi nōnūq; intra eccl'iam ptātis accepte culmina tenent: vt p eādem ptātem disciplinā ecclesiasticam muniant. Ceterum intra eccl'iam ptātes necessarie nō essent: nisi vt q̄ nō ꝓualēt sacerdotes efficere p doctrine sermonē: hoc imperet ptās p discipline terro: em ⁊c. xxiij. q. v. pncipes. ⁊ vide q̄ ibi sequit. ¶ Quinto ppter o: dinis bonitatē. sicut ēm bonꝰ ⁊ supbonus deus: cuis oia per seipm possit: dignitatem cōmunicat regiminis creaturj diuersis: vt bonū o: dinis in causando sicut ⁊ in essendo reluceat in rebus ab ipso ꝓducti⁹: sic etiam in ecclesia voluit esse quādam inferiorem potestatem sub spūali: cui tēpo: alium regimen com/

Tpalis ptās ec/ clesie cō tradibil.

municet: ac per hoc inueniatur in ecclesia bonū o: dinis: quātum ad regiminis ptātem. hec ratio ꝓbatur. lxxxvij. dist. decreuit. lxxxix. dist. ad hoc. ad hanc materiā optime facit Exod. xviij. ibi. At ille sc̄z Jetro cognatus moysi/ nō bonā inquit rem facis. stulto labore cōsumeris: ⁊ tu ⁊ populus iste qui tecū est. vltra vires tuas est negotiū. solus illud nō poteris sustinere. sed audi verba mea atq; consilia: ⁊ dñs erit tecum. Esto tu pplo in ijs q̄ ad deū ptinent: vt referas que dicūtur ad eum. ⁊. j. P: ouide de omni plebe viros potentes ⁊ timentes deū: in quibus sit veritas: et qui oderint auaritiam: ⁊ ꝓstitue ex eis tribunos/ ⁊ centuriones/ ⁊ quinquagenarios/ ⁊ decanos/ qui iudicent populum omni tempore ⁊c. ¶ L:

Ex his autem rationibus per quas ostēsum est q nō supfluit potestas pncipum tempo/ ralium in eccl'ia: licz spūalis potestas p: habeat tēpo: alem: concludi pōt/ q spūalis tē/ po: alem iurisdictionē quā habet/ nō debet exercere immediate: loquendo regulariter ⁊ cōmuniter. Hoc ēm requirit eius modus agēdi: qui est fm imperiū ⁊ directionē: non autem fm immediatam executionē. Hoc enim requirit eius dignitas: cui nō cōuenit inferio: ibus actionibus intendere. Hoc etiam requirit eius libertas circa spūales actus: cui expedit administratione rerum tempo: alium nō implicari ⁊ impediri. vt. ff. primo. §. ffi. ij. dictum est. Hoc etiam requirit operandi cōmoditas: que ꝓuenit ex eo q ꝓ ptātem tempo: alem adiuuat et munit. Hoc etiā requirit o: do ptātum: q̄ tolleret si spūalis ptās exerceret immediate iurisdictionē tpalem. vt hec. ff. primo sunt ꝓbata. ¶ L Licet aūt regulariter ⁊ cōiter nō debeat spūalis ptās iurisdictionē tempo: alē exercere: certj tñ causis inspectis ⁊ in aliquib⁹ casibus pōt immediate se de tēpo: alibus intromittere: sicut ⁊ ipse deus: licet de cōi lege agat in rebus mediantibus secūdis causis: tñ de lege speciali aliqñ agit p: eter o: dinē secundarū causarū. hec ꝓbantur ex de iudic. nouit. §. nō ēm intēdimus. ex qui filij legi. lato: §. fi vero. ⁊. c. causam que. ij. §. nos attendentes. ⁊. c. ꝓ venerabilem. §. rōnibus. xcvj. di. cū ad verum. ⁊ c. duo sunt. xj. q. j. ꝓuenit. in fi. Casus de q̄bus se eccl'ia de tēpo: alibus intromittit/ no. ex de fo. cōpe. licz. ⁊ plures posui. §. in pncipio istius operis: vbi de hoc latius disputatur in. xxxvij. ar. post tria fol. ff. dicendū est igit. ⁊. j. e. ff. de q̄bus. ¶ Qō aūt possint in casib⁹ ⁊ ex causa habētes potestatē spūalem intromittere se de tēpo: alibus: regulariter aūt ⁊ indifferenter hec non debeant facere: ex verbis apli. j. ad Coz. vj. pōt accipi vbi loquēs ꝓtra illos q̄ iudicia ꝓstituebāt apud infideles/ dicit. An nescitis qm̄ sancti de hoc mūdo iudicabūt: hūc mūdū vocās hoies malos: quos boni iudicabūt ⁊ cōparatione vite ⁊ ptāte. vt glos. dicit. sicut viri Niniuite: ⁊ regina Saba iudeos. cōparatione vite. vt dicit glos. Matth. xij. ⁊ Lu. xj. Et subdit apls. Ertsi in vobis. i. p vos/ iudicabit mundus: indigni estis q̄ de minimis iudicetis: q. d. vt glos. suppler. ⁊ vere de his potestis iudicare. Nescitj qm̄ angelos iudicabitis: sc̄z malos ⁊ apostatas. quanto magis secularia: sic adaptat ista ff̄ba Innoc. iij. ē q fi. sint leg. p venerabilē. §. rōnibus. in fi. i. de reb⁹ secularib⁹. ⁊ sequit. Secularia igit iudicia si habuerit⁹ ꝓptēptibiles q̄ sunt i eccl'ia ꝓstituite illos ad iudicandū. Hoc aūt dicit apls ironice ꝑ illos q̄ eligebāt iudices fideles/ sz ꝓptēptibiles. i. idiotas reos ⁊ vles. ⁊ huic expositioi ꝓsonat qō seqt. Ad verecūdiā vram dico ⁊c. Vel alit fm glos. q: dixerat apls eos posse de his minimis iudicare: determinat q̄ ad hmōi negotia definiēda/ sunt ꝓstituendi. s. ꝓptēptibiles q̄ sunt i eccl'ia. Maio: es ēm spūalib⁹ intendere dñt. Cōtemptibiles ḡ ꝓstituite. i. aliqs sapiētes: q̄ tñ sunt mino: is meriti. Apls ēm ꝑdicādo circūeuntes/ talibus nō vacabant. ij ergo terrenas causas examinent: q̄ exterio: rum sapiam perceperunt. qui aūt spiritualib⁹ bonis dicati sunt: terrenis non debent negotijs implicari, vt dum nō coguntur terre bona disponere: valeant

Tpalia an sint a spūalib⁹ administranda.

bonis supioribus deseruire. sic hoc etiã videt Gratian⁹ intelligere.xxi.q.i.§.ex his oibus. vbi ponitur ista autho=ritas apli: ⁊ exponit. ⁊ btūs Bernh.i.li.de ꝯsideratione per=tractans hoc verbū apli. Cōtemptibiles ꝯstituere ad iudi=candū inforꝫmat Eugeniū papã: vt non se implicet nego=tijs tēpo:alibus nisi ex causa. sic dicens. Itaqꝫ fm aposto=lum indigne tibi vsurpas tu apostolicus officiū vile: gra=dum ꝓtemptibilium. Unde ⁊ apl⁹ epm instruēs. Nemo (inquit) militans deo implicat se negotijs secularibus. ⁊ paulo inferius adiungit Bernh. Ubi aliqñ alijs apl⁹=iudex sedit hoim: aut diuisor terminoꝝ: aut distributor terrarū: Christus ait Lu.xij. Quis me cōstituit iudicem inter vos: vbi Ambro. sic ait. Bene ḡ terrena declinat: q̄ ꝓpter diuina descenderat. nec iudex dignaꝝ esse litium: et arbiter facultarum viuo=ꝝ: habens mortuo=ꝝ iudiciū arbi=trijq̄ meritorum. Non ergo quid petas: sed a quo postu=les intuendū est. nec maioribus intento animo putes mi=noribus obstrependū. vnde nō immerito refutaꝝ hic fra=ter qui dispensator cē celestium gestiebat corruptibilibus occupare. Nō ergo transgrediaris terminos quos posue=rūt patres tui. Et post ait Bernh. Mihi ꝙo nō vꝺ⁹ bon⁹ estimato: rerū qui indignū putat apl⁹is seu apostolicis viris nō indicare de talibus: q̄bus datum est iudiciuꝫ in maiora. Quidni cōtēnant iudicare de terrenis possessiū=culis hoim: qui in celestibus ⁊ angelos iudicabūt: Ergo in criminibus: nō in possessionibus ptās vestra. ꝓpter il=la siquidē ⁊ non ꝓpter has/claues accepistis regni celo=rū: ꝓuaricatores vtiq̄ exclusuri: non possessores. Et scia=tis: ait Matthē.ix. Mar.ij. ⁊ Luce.v. q: filius hois habet ptātem in terra dimittendi peccata. ⁊c. Quenam tibi vi=detur maior dignitas ⁊ ptās: dimittendi pcā: an predia diuidendi? Sed nō est cōparatio. habent hec infima ⁊ ter=rena iudices suos/reges ⁊ principes terre. Quid fines alienos inuaditis? Quid falcem vestrã in alienã messem extenditis. vsq.q.iij.c.s. Non q: indigni vos: sed q: indignū vobis talibus insistere: quippe potioribus occupari. De=nicq̄ vbi necessitas exigit: audi qd censeat apl⁹s. ad Cor. vj. Si eñ in vobis iudicabit hic mundus: indigni estis q̄ de minimis iudiceris. Sed aliud est incidenter excurrere in ista/cã quidez vigente: aliud vltra incūbere istis tãꝯ magis dignis tali ⁊ taliū intentione reb⁹. hucusqꝫ Bernh.

De ꝯb⁹ tpalib⁹ papa se ītromit tat.

Pater ergo ex his verbis/q̄ spūalis ptās nō dz indifferē=ter iurisdictionē tempo:alem exercere: nñ pōt ⁊ dz causis necessarijs exigentibus immediate se de tēpo:alibus in=tromittere: vt superius est probatū. ⁊ fm hanc distinctio=nē saluaꝝ ꝓtrarietas aliqua/que in p̄dictis verbis Bernh. esse videt. ¶ De quibus aũt tēpo:alibus: ⁊ qñ intromit=tere sevaleat immediate spūalis ptās: sic doctores determi=nant. Nã ad spūalem ptātem spectat ĩmediate intromit=tere se de illis tpalib⁹/que sunt spūalib⁹ aliq̄ mõ annexa. Jõ intromittit se de decimis exigẽdis recipiẽdis ⁊ dispẽ=sandis. ꝛ.q.i.per.viij. ꝓmaq̄. ex de deci. p totum. xvj.q.ij.vo=bis. ⁊.c. vulterane. cum si. Intromittit se de dotibus q̄ an=nexe sunt matrimonio qõ est sacramentū: ⁊ de hereditа=tibus q̄ sunt annexe natis de legitimo toro. ex de dona. inter vi. ⁊ vxo. de prudentia. ex qui si. sint legi. c.s. ⁊.ij. ⁊.c. perlatum. cum si. ¶ Item q: vt dictum est ex autho=ritate Bernh. Potestas iudicis spūalis ꝑncipaliter est in cri=minibus: que sunt spūalia mala. Jdeo de questionib⁹ tē=po:aliū q̄ deferãtur cū denũciatiõe criminis pōt se itro=mittere: quũ ad eam ptineat quelibet christianũ corripe=re de pcō. ex de iudic. nouit. Adhuc spectat ad ipm intro=mittere se de tēpo:alibus/quũ litigium tēpo:alium ꝓtra=riatur paci: que est spūale vinculum. Epb.iiij.q: est chari=tatis effect⁹. ⁊ quũ pacis federa sunt ĩiuramẽto cõfirma=ta: q: fractio iuramenti crimẽ est de q̄ ad spūalem iudicẽ ptinet iudicare. de his in pre.c.nouit. ⁊.xc. dist. quasi p to=tum. ⁊.xxiij.q.iij. illi qui. ex de treu. ⁊ pa.c.s.xxj.q.v. quasi per totũ. Item intromittit se de tēpo:alibus: ꝓpter defe=ctum dñi tēpo:alis. ex de fo. cõpe. licet. ¶ Item ꝓpter ne=gligentiã seu malitiam ꝑncipis nõ seruantis iustitiam: ⁊ abutẽtis ptãte sibi concessa: ⁊ nõ faciẽtis q̄ facere tenet in obsequiũ spūalis ptãtis: ⁊ ꝓpter cõmune bonũ. ad hoc ex lib. vj. de sup. ne. prę. grandi. ⁊.xv.q.vj. item alius. Itẽ intromittit se de tēpo:alibus: quũ appellaꝝ ad ipam: pre=cipue vbi est consuetudo quã tolerat seculares ꝑnceps: ⁊ ab ecclesiastico iudice appo:obaꝝ. ex de ap. si duob⁹. ¶ Jn=tromittit se de tēpo:alibus que donata sunt eccl'ie a ꝑnci=pib⁹ vel alijs fidelib⁹. lxiij. di. ego lodoic⁹. ex de deci. nudũ. ꝛ.q.i.c.i.ij.iij. cuz si. adde qõ scripsi. s. in. xxxvij. ar. fi. Jmus respicit. §. prece. vbi. tertio. ¶ Quarto ꝯsiderandũ est/q quũ ex dictis appareat q̄ sub christi vicario ⁊ Petri suc=cessore tamq̄ sub ptãte causali ac summa/cõtineatur po=testas inferior: pontificum: ⁊ ptās tēpo:alis ꝑncipum: ñ diuersimode cõparatur ad ipm vtraq̄ ptās. Nam ptās pontificia ad ipm cõparaꝝ sicut causatũ ad illud in quo est pfectio fm eãdem rationẽ: nõ tñ totaliter: sed in parte. ptās eñ que est in summo põtifice/deriuaꝝ ad alios pon=tifices fm eãdem rationẽ ⁊ fm eũdem modũ agendi: nõ tñ fm suam plenitudinẽ: sed fm partem. ad hoc ex de vsu pal. ad honorem. Ptās aũt secularis ꝑncipum cõparaꝝ ad ipm/sicẽ causatũ in quo est pfectio cause efficientis: et fm aliam rationẽ. Nam in ꝑncipibus secularibus est so=lum tēpo:alis ptās: ⁊ est in eis fm aliã rationẽ: ⁊ fm aliũ agendi modum/q̄ fit in summo pontifice. ar. ad hoc. cor. di. cum ad verũ. ⁊.c. duo. ¶ Quinto ꝯsiderandũ est q̄ summ⁹ pontifex nõ solum iure diuino sed etiã iure hu=mano habet potestatem tēpo:alem: scz ex cõcessione a cõ=stantino facta: qui monarchiã renebat imperij. xcvj. di. cõ=stantinus. ¶ Si queratur quid operatur hoc ius hu=manũ sup diuinũ: dici põt vno modo q̄ hoc ius humanũ est iuris diuini manifestatio. ar. xxiij. q.v.c. remittitur. §. hinc notandũ. ibi. da dñe/hoc est datã sibi p:onũtia egy=ptum ⁊ ethiopiam. Vel ad ius diuinũ confirmatio: ⁊ ei⁹ imitatio/⁊ veneratio. hec eñ Constantini concessio/fuit subiectionis ⁊ veneratiõis ostensio ad spūalem potestа=tem. Et in eo q̄ constantinus beato Syluestro eiusq̄ suc=cessoribus regnũ terrenũ ⁊ imperialia insignia ⁊ officia cõ=cessit: non autho:itatem cõtulit: sz reuerentiã impendit: ⁊ regnum terrenũ subiectum esse debere monstrauit. xcvj. dist. si imperator. qõ non dubium est dei prudentia esse fa=ctum. in cuius manu est cor regum. Prouerb. xxi. in pnci. vt pontificalis apex nõ vilesceret: sed in amplioꝝi hono=re haberetur: dum cerneretur tante dignitatis insignijs prefulgere. vt pre.c. constantinus. vltra medium. ibi. vt et pontificalis apex nõ vilescat: sed magis q̄ terreni nostri imperij dignitas glo:ia ⁊ potẽtia deco=etur. ⁊ ar. ad hoc lxxx. dist. episcopi non in castellis. ibi. Nec vilescat nomen episcopi. sed ad honorabilem titulum. ⁊ ex de priule. c.s. Vel potest dici q̄ ista concessio fuit quedam cooperatio siue ministeriũ ad hoc q̄ potestatem quã christi vicarius habebat iure diuino: posset liberius exercere de facto: qõ propter tyrannoꝝ persecutionẽ ante constantini tempo=ra non ita poterat. vnde ⁊ nunc seculares ꝑncipes tueri debent ecclesias/⁊ ecclesiarum prelatos. vt libere valeãt exercere que saluti fidelium expediũt: ⁊ iure suo vti sine impedimento. ad hoc. xcvj. dist. boni principis. xxiij. q.v principes. ⁊.c. administratores. Et maxime imperatores. lxiij. distinc. tibi domino. ex in clemen. de iureiuran. roman. principes. §. ego henricus. ¶ Potest etiam dici q̄ ex hu=iusmodi concessione potest summus pontifex magis im=mediate se de tempo:alibus intromittere. quod ex eo pa=ter: quia quũ vacat imperiũm: exercere potest immediate iurisdictionẽ tēpo:alem. ex de fo. compe. licet. Et sic aliter exercet iurisdictionem tempo:alem: vt habet eam iure diuino: ⁊ aliter/vt habet eã ex iure humano. vnde in ipso magis distinguitur tempo:alis ptās a spūali: qui tpalis cõuenit ei ex iure diuino: q̄ vt cõuenit ei ex iure humano. q: fm qõ cõuenit ei ex iure diuino: hz eam vnitiue in ipa spūali ꝓtentã. vt aũt cõuenit ei ex iure humano. hz eã dis=

Jus hu manum quid si tra diui num fa ciat.

Regi ima uocatio.

stinctiue ab ipsa spūali potestate diuisam atq; distinctā. verūm etiā put habet eam iure humano: exercet eaz per ministerium alioz: vt spūalibus acribus liberius valeat insistere: qui sunt ei magis cōuenientes ⁊ ppriꝰ. ex ne clerici. vel mo. eps. lib. vj. rcvj. di. duo. Adde hic qō scripsi. s. in primo. lv. ar. ān fi. ¶ O Sexto considerandū est q; sicut spūalis potestas p:ehabet rēpo:alem excellenter: sic rēporalis potestas/que est intra eccl'iam/participat aliq̄d spiritualis potestatꝭ. nō tn q; spūales actus exercere valeat: sed inquātum spūali obsequitur: ⁊ ministrat: ⁊ act'quos exercet/ad finē spūalis o:dinat: si recte vritur sua ptāte. q; ipsa tpalia que disponere habet/sunt p:opter spūalia. aburitur em tpalibus: qui non ea o:dinat ad spiritualia. Nam sicut cognitio sensibilium deseruit cognitioni intelligibilium: ⁊ o:dinatur ad eam: Ita vsus rēpo:aliū deseruire debet vite spūali: ⁊ ad illam o:dinari. Unde licet finis primus tpalis ptātis sit alius a fine spūalis: tamen finis vltimus idem est. scilz britudo supnaturalis: de quo imediate curam hz spūalis potestas. ⁊ ideo tpalis ptās recta sit: dicit aliquo modo spūalis. dicitur tn ⁊ denoiat simplr rēpo:alis a fine primo: sicut effectus denominat a causa prima magis q; a remota. ¶ P Hinc est q; regibus adhibetur vnctio: que spūaliratem designat. ex de sacra vnc. c. vnico. Nō aūt reges nō vnguntur in capite: sicut pontifices: sed vngunt in brachio: designat q; eoꝝ potestas nō est p:incipaliter spūalis: sed p ministerium/et obsequiū. q; per brachiū operamur. vt p:e. c. vnico. de sacra vnc. Adhuc alio modo ptās p:incipum secularium in eccl'ia pōt dici spūalis: videlz fm vitam. Sicut em pontifices debent esse spūales fm vitam: sic et p:incipes tpales in eccl'ia. maio: tn pfectio ⁊ vite spūalitas requiritur in pontificibus/q; in p:incipibus: quia maio: ⁊ perfectio: est eoz dignitas. rcvj. di. duo sunt. Et maio: in dignitate/maio: erit invita ⁊ perfectione. j. q. j. vilissimus. iiij. di. deniq;. Unde vtriq; vngunt'. sed pōtifices in capite ⁊ manibus. vt p:e. c. vnico de sacra vnc. q: in eis dz esse pfectio contēplatiue ⁊ actiue vite. rxxvj. dist. si quis. ex de renun. nisi. §. ne putes. p:incipes aūr in brachio. quia in actiua se debēt p:ecipue exercere. Nam cū Martha ministrāt. Luce. x. ex de regula. clicet. ad fi. ff. nec legitur. ⁊ cum Maria secundi bonis actionibus esse debeāt. vt p:e. §. ne putes. ⁊ p. c. licet. ff. ad quod vtiq;. ⁊ quidem de pfecta vita que debet esse in pontificibus nō hic dico. De hoc abunde in pastorali suo brūs Br:eg. etiam in lib:o mo:aliū. ⁊ Ber. ad Eugenium in lib. de consideratione. ac alij plures doctō:es in operibus suis tractant. ⁊ Bt:arianus plenissime a. xxv. dist. vsq; ad. l. in quibus distinctionibus tractat de. xiij. c. apostolice regule. que ponit Paulus ad Timo. j. epistola. c. iij. et ad Titū. c. j.

¶ Articulus. lvij.

Sed de perfecta vita secularium p:incipum ⁊ p:ecipue regum qui sunt superio:es ⁊ pcellentes. f. Pe. ij. ex de ma. ⁊ obe. solite. ibi. siue regi quasi pcellenti aliqua pauca ex maioꝝ doctrina ponenda sunt. vt ex eis magis appareat quō eoꝝ pos rest ad deber esse spūalis: ⁊ ad finem spūalem o:dinari. Iz em. ff. cliij. ar. aliqua dixerim circa hoc tamen aliquid amplius est addendū. ¶ A Est g̃ p̃mo tenēdū q; secularis ptās vt digna sit regis noie recte agere dz. P:au'em rex nōvere pōt dici rex. sicut falsus denarius nō ēdenari'. de hoc sunt plures conco:. xlv. dist. Vera iustitia. Unde Isid. ic. lib. etymo. ait. Rex a regendo dr. non aūr regit qui non corrigit se ⁊ alios. Recte igit faciēdo/regis nomē tenet. Peccādo aūt amittitur. vnde ⁊ apud antiquos tale erat puerbiū. Rex eris/si recte facias. si nō facias nō eris. Sic etiā beata Katharina dixit Maxentio. Si animo te rexeris: rex eris. ad hoc. rxj. di. cleros. ibi. sicut rex a regēdo. ij. q. j. scelus. pdit em nomen dignitatis ppter delictum. legit ⁊ no. ex de pur. ca. c. j. Subdit aūt Isid. q; regie virtutes p:ecipue due sunt. scz Justitia/⁊ Pietas. de his satis dixi. ff. cliij. ar. in. j. parte istius operis. Plus aūr in regib' laudatur Pietas. nam Justitia p se severa est. sed vera iustitia compassionē habet. xlv. dist. vera ⁊ falsa mia inueniturꝭ xxiij. q. iiij. est iniusta. In his aūt addenda est P:udētia. fine qua iustitia ⁊ pietas recte nō valent exerceri. nec multitudo subiecta vtiliter gubernari. De his aūt tribus que necessaria sunt regibus/plene. ff. disserui. cliij. arti. que hic repetenda nō sunt. Debent quoq; reges fide ⁊ deuotione deo subdi: vt alios sibi subdere valeant. Digne debent deo mēte adherere: vt firmiter possint regni gubernacula possidere. ad hec. rcvj. di. in scripturis. ⁊ c. fi impera:. ⁊. rcvij. di. ecclesie. xxiij. q. v. res eccl'ie alir. C. de sum. trini. epla inter claras. Debent non p:iuum cōmodū aut gl'iam tyānice querere: sed bonum cōmune sibi subiecte multitudinis regaliter intendere: atq; p:curare. bonā scz ⁊ virtuosam vitam: et que ad ipsam adminiculantur. ad hoc. viij. q. j. sunt in ecclesijs. xxiij. q. viij. vt p:idem. Debent ecclesias ⁊ ecclesiarū platos reuereri/⁊ hono:are/munire/⁊ defensare. rcvj. di. boni. c. duo. xxiij. q. v. p:incipes. Honor em exhibitus ch:isti ministro/ch:isto exhibet. ipso dicente Matth. x. ⁊ simile Luce. x. Qui vos recipit me recipit. xxj. dist. in nouo. xciij. dist. ille p:oculdubio. vj. q. j. sacerdotes. viij. q. j. qui vos spernit. Debent erga diuini cultus ampliationē ⁊ augmentū studiū impendere. vt p:e. c. boni. ⁊. c. cōstantinus. Debēt aduersarios ch:isti ⁊ eccl'ie impugnare. xxiij. q. v. de liguribus. c. duobus. c. seq. ⁊. rcvij. di. eccl'ie. Debēt iusta p:cipere: ⁊ illicita phibere. malos coercere ⁊ punire. vt boni inter malos quiete viuāt. xxiij. q. v. regū. ⁊. c. rex debet. di. iiij. facte sunt. in phemio decre. rex pacificus. Debent iustū bellum indicere: ab iniusto cauere. xxiij. q. ij. iustum. Debent p̃dam eque ⁊ iuste diuidere. xxiij. q. v. dicat. Debent fideliratē quā sibi seruare desiderant/subditis obseruare. xxij. q. v. de forma. rcv. di. esto. Debent inter subditos humiliter se habere. Eccl'i. xxij. Rector em te posuerunt: noli extolli: sed esto in illis quasi vnus ex ipsis. Item rex faciat se timeri. Eccl'i. vij. Noli q̃rere fieri iudex: nisi valeas virtute interrūpere iniquitates. P:ouerb. xx. Rex q̃ sedet in solio iudicij: dissipat oīe malum intuitu suo. Sed magis velit amari q̃ timeri. q: fm Senecam. Nobilis est natura hois. facilius ducit/q̃ trahatur. Debet tribulatos consolari. Job. xxix. Quū sederem quasi rex circūdante exercitu: eram tamen merentiū consolato:. Debet susurrones ⁊ bilingues cohēnere. ⁊ viles non exaltare. vnde Aristo. Alexandro. Consultor p:ocerum/seruos contēne bilingues. Et nequam: nec qs humiles natura iacere P:ecipit/exalta. Item rex debet sequi consiliū senio:um non iunio:um. blande regendo et dulciter: ⁊ nō dure ⁊ tyānice: ne perdat regnū. vt Roboam filius Salomon qui de consilio iunioꝝ dixit populo isrl'. Minimus digit' meus grossior est dorso p:is mei. ⁊ nūc pater meus posuit sup vos iugū graue. ego aūr addā sup iugū vestrū. pater meus cecidit vos flagellis: ego aūr cedā vos scorpionib'. ppter qō. x. trib' recesserūt ab eo. iij. Reg. xij. vij. q. j. deniq;. Juuenes em cōiter sensu non polent. ideoq; nō sunt in p̃siliarios assumēdi. P̃bus. Nemo iuuenes duces eligit: eo q; certū est eos sapiam non ḥre. ar. ad b. j. q. j. estote. xxiij. di. qñ. Debēt p affabilitatē ⁊ beneficia p:curare vt diligant'. ⁊ p iustas vindictas nō. pp:ie iniurie sz legis dei/studere vt timeant'. xxij. q. v. rex debet.

¶ Et vt magz appareat de officio regij: ⁊ de vita virtuosa/q̃ ipsis congruit. p duc̃da sunt in medio aliq̃ restimonia. In p̃mis g̃ cōsiderandū est id qō deuteronomij dñs o:dinauit. xxij. c. circa reges. P:imo em quātū ad modū eligēdi/statuit/vt in electione regis spectarec̃ dei iudiciū. Et vt nō fierer rex alterius gentis. qō ⁊ nunc in eccl'ia ser q̃d obseruandū est. vt videlz in institutione regū illoz iudiciū interueniat: qui vicem dei tenent in terris. Non tn ipsa tollit electio ppl'o qui habet imperato:ē eligere. xciij. dist. legimus. vel alio:um qui hoc habent de consuetudine. ex de

Justitia Pietas ⁊ P:udētia.

Regi debiter obseruēt q̃ impant.

Regi ligantio.

Jus ho manum quid ꝛ tra bia num si cat.

Rex ma lis non vere rex est.

In regi electione

elec.venerabilem. Nec requiritur iudiciuz pape specialiter.sed sufficit q̄ tacite in eum consentiat/qui dignus est ad regendū:z obediens matri sue ecclie.ar.lxiij.dist.cum hadrianus secūdus.xcvj.dist.quis dubiter. Et vt nō fiat rex alterius gentis.q: nō dz assumi aliquis in regē: q̄ nō sit fidelis:z de gente christiana.ar.bo.xcvj.dist.si imperator catholicus est.q.d.debet esse. Quia iter fideles z infideles magna dz esse distinctio.iij.q.iiij.c.j.ꝯ.nec imperere z.q.v.canonica.ibi.qñ sunt eoz gentis. Jrē textus est(qđ est nimis absurdū) vt blasphemus christi in christianos vim prāris exercear.eē de iude.cū sit. Blasphemus autē est nō solum iudeus:sed quilibet infidelis q̄ ignorat christum:z cū nō colit. Et nulli pagano licitū est sup christianos aliqđ officiū exercere.vt p:e.c.cū sit.z.liiij.dis. nulla.

blasphemus qs.

¶ Secūdo vero circa reges instituros ordinauit qualiter se hre debeant quātum ad seipsos.vt scz nō multiplicarēt currus z equos:neq; vxores: neq; immensas diuitias:q: ex cupiditate hoz p̄incipes ad tyrānidez declināt:z iustitiam derelinquūt:q: Cito Violatur Auro Justitia.xj.q.iij.paup. Nō non sic est accipiendū:quasi nullatenus debeat huiusmodi apparatibus z diuitijs abundare. Sed q: nō debeat ex cupiditate/aut inordinato appetitu/horū affluentiā ambire.ar.xlvij.di.sicut.xxxiij.q.v.secūduz. Quātum tñ requirit status regie dignitatis/z cōmune bonū:pōt hoz exteriorz bonoz copiam ꝓcurare z habere.ar.ad hoc.xlj.di.nō cogātur.z reges mollib⁹. Matth. xj.vestiunt.xxj.q.j.c.j.in fi.q: diuites cum iustitia z bonis operibus nō abijcit gangrense ꝓcilium.xxx.di.hec scripsimus.z facit ad hoc qđ legitur z no.eē de p:ebē.de multa. §.fi.z in glos.est g̃ argumentū.

Rex ſtrarū ſacrarū ſit ſtudioſus.

¶ Tertio instituit qualiter se deberet hre ad deū.vt scilz sepe legeret:z cogitaret de lege dei:vt si c̄semp esset in dei timore z reuerentia.vñ dicit in p:e.c.Deuē.xvij. Postq̄ aūt sederit in solio regni sui:describet sibi deuteronomiū legis hui⁹ in voluminc/accipiēs a sacdotib⁹ leuitice tribꝰ:z habebit secū:legetq; illud oibus diebus vite sue.vt discat timere dñm deū suū: z custodire verba z cerimonias eius.q̄ lege p̄cepta sunt. neq; eleuetur cor eius in supbiam sup fratres suos.neq; declinet ad partē dexteram vel sinistram:vt longo tpe regnet ipse z filij eius sup israel. ¶ Est eñ sciendū q̄ q: bona vita multitudinis/quā rex intendere dz/ordinata est ad finē que est beatitudo celestis:ideo ad officiuz regis ptiner sic bonā vitam multitudinis ꝓcurare/sicut conuenit ad celestem beatitudinē ꝓsequendā. vt scz ea p̄cipiat que ad celestē patriā ducunt:z eoz ꝓtraria fm qđ fuerit possibile iterdicat. ad hoc.xxiij.q.iiij.qñ vult.ꝯ. z paulo/post nabuchodonosoꝛ rex z.c.z.c.nō inuenitur.xj.q.iij.imperatoꝛes.ibi.nam inter hoies penas luit: z apud deum frōtem nō habebit:qui hoc facere noluit qđ ei p coꝛ regi ipsa veritas iussit. Que aūt sit ad verā beatitudinē via/z que sint impedimēta ipsius/ex lege diuina cognoscit: cuius doctrina ptiner ad ꝛficiū sacerdotū.q: labia sacerdotis custodiunt sciam:z legem requirūt de oze eius.scz subditi.q: angelus dñi exercituz est. Malach.ij.z.xliij. di.sit rectoꝛ. Et iō p:ecepit dñs vt rex legem sibi describeret:z exemplar acciperet a sacerdotibus:z illam legeret oibus diebus vite sue:vt discat timere deum:z custodire p̄cepta ipsius.vñ multum cōuenit regibus crebꝛo sctās scripturas legere vel audire:vt p exercitiū lectionis sciēcie regendi ꝓsm inueniat margaritā. eē de renun. post translatione.§.cetꝝ. vnde Sozomenus lib.j.in hist:oꝛia tripertita dicit in laudē Theodosij imperatoꝛis. Aiunt te per diem exercere armis:z subiectoꝛ negotia disceptare: iudicare simul z agere. Noctibus vero libꝛis intendere. z de hoc.ē.xlij.ar.dixi in p̄ma ista parte isti⁹ operis. Rex eñ insipiens perdet ꝓsm suū. Eccli.x. Et ex hoc sequit q̄ leges quas rex instituit:nō debent a doctrina legis diuine discoꝛdare:sed ei ꝓsonare:ac sacris canonib⁹ subijci. Nam sicut prās subijcitur potestati:sic leges legibus debent esse subiecte.x.di.c.j.z p totum.eē de ꝓuile.sup specula.in p̄n.ibi.famulatum.z eē de no.op.nun.c.j.

Rex non eſt ſupra leges ſed leges ſupra regem.

¶ Quarto instituit qualiter rex deberet se habere ad subditos suos:scz vt non superbe eos contēneret z oppimeret: nec eciam a iustitia declinaret.xxiij.q.v.regum. De bonis aūt conditionibus christianoꝛ regum.brūs Aug⁹.v.li.de ciui. dei.c.xxiiij.sic ait. Christianos imperatoꝛes z reges felices dicimus: si iuste imperant. si inter linguas. xj.q.iij.in cunctis.z.c.inter verba.sublimiter honoꝛantium/z obsequia nimis humiliter salutantiū.non extolluntur. si sc̄ē homines moꝛtales.ps.lxxxviij. Quis est homo q̄ viuet z nō videbit moꝛtem:meminerint. Si suā ad dei cultū magis dilatandum z maiestati sue famulandum curā impendessam adhibent. si deū timent:diligunt:z colūt. si plus amant illud regnuz vbi non timent habere consoꝛtes. si tardius vindicant. facile ignoscunt. Si eādem vindictam ꝓpter necessitate regende tuendeq; reipublice nō ꝓpter saturandis inimicitiarū odijs exercent. si eādem veniam nō ad impunitatem iniquitatis.xxiij.q.iiij.est iniusta.sed ad spem coꝛrectionis indulgent. Si qđ aspere cogunt quādoq; decernere:misericoꝛdie lenitate z beneficioꝛ largitate cōpensant. Si luxuria tāto est eis castigatioꝛ/quāto posset esse liberioꝛ.ij.q.j.scelus.xj.q.iij. ꝓpua. z.c.in coꝛpoꝛis. Si malunt cupiditatib⁹ ꝓuis q̄ quibusliber gentibus imperare. Costantin⁹ imperatoꝛ. Quid iuuat barbaras nationes vicisse:si a crudelitate vincamur? Et si hec omnia faciunt:non ꝓpter ardoꝛem inanis glorie/sed ꝓpter charitatem felicitatis eterne. si ꝓ suis peccatis humiliat/z miserationis z oꝛatiōis sacrificium deo suo vero immolare non negligant. Tales christianos imperatoꝛes z reges dicimus esse felices: interim spe: postea re ipsa futuros. Cypꝛianus etiam in li. de.xij.abusionib⁹ ait q̄ vnus abusionis gradus est Rex iniquus: qui quā iniquoꝛ rectoꝛ esse debuerit:in semeripo nois sui dignitatem non custodit. Nomen enim regis irellectualiter hoc retinet:vt in subiectis omnibus rectoꝛis officiū ꝓcuret. Sed qualiter alios coꝛrigere poterit:qui ꝓpꝛios moꝛes ne iniqui sint:non coꝛrigit:quoniā iustitia regis exaltabitur solium.z in veritate solidantur gubernacula populoꝛum. ꝓuerb.xxj.c.ad hec.xxxvj.di.vna.z.xxv.dis.pmū. cū suis concoꝛ.z similibus. In quibus autem cōsistere/gis iustitia subdit Cypꝛianus/dicens. Justitia vero regi est neminem iniuste per potētiam oppꝛimere. Sine acceptione psonarum inter virum z pꝛoximū suum iuste iudicare. Aduenis z pupillis z viduis defensoꝛem esse. Lobꝛ bere furta. Adulteria et omnes mechiam punire. ad hoc xxiij.q.v.regum.z.c.rex. Iniquos non exaltare. Impudicos z histriones nō nutrire. ad hec.lxxxvj.di.donare. Contra hoc multum offendunt Reges Hispanie. Impios de terra perdere. Parricidas z periurantes viuere nō sinere.p:e.c.rex. Ecclesias defendere.p:e.c.regum. Pauperes eleemosynis alere.lxxxvj.dist.non satis.z.c.pasce.de peni. dist.j.quāobꝛem. Justos super regni negotia constituere. Contra hoc Reges Hispanie faciunt ꝓponentes iudeos super negotia z regni reditus.contra iura.liij.distin. nulla.eē de iudeis.cum sit.z.c.z speciali. Senes z sapientes z sobꝛios consiliarios habere. q j.eē de. Magoꝛuz z hariolorum phytonissarūq; superstitionibus non iuuare.xxvj.q.v.nec mirum.z per totuz.ij.q.j.z.ij.z.iij. Jracūdiam suam differre.xj.q.iij.cum caput.z.c.illa.z.c.fumo. Patriam foꝛtiter z iuste contra aduersarios defendere.xxiij.q.j.iustuz.cum.c.seq.z.q.iij.foꝛtitudo.z.q.vij. vt p:idem. Per omnia in deum confidere.ps.xxxiij. Qui confidunt in domino.de cōse.distinc.j.omnis christian⁹. Pꝛosperitatibus animuz non eleuare/sicut fecit Nabuchodonosoꝛ.de peni.distinc.j.§.ex his itaq; ffi.nabuchodonosoꝛ per supbiam. Lucta aduersantia patienter tolerare.xxiij.q.j.§.j.z.c.parat⁹. Fidem catholicā in deū hre. xcvj.di.fi imparoꝛ. Filios suos nō finere impie agere.xxiij.q. v.rex. Certi hoꝛis oꝛoni ifistere. vt Dauid in ps.cxviij. Septies in die z.xcj.di.pbyter.z eē de celebꝛa.miſ.c.j. Ante

Quae in exercendis iuſtis ſint obſeruanda.

horas congruas nō gustare eibum. de cō se. distin. ſ. solent. Ve enim terre cuius rex puer est: ⁊ cuius ꝑncipes mane comedunt. Eccl's. x. ⁊ subdit Cyprianus. Hec regni ꝓsperitatem in ꝑtī faciunt: ⁊ regem ad celestia regna pduc unt. ¶ B Qui vero regnū sm̄ hanc legem non dispensant: multas sm̄irū aduersitates tolerāt imperij. Idcirco em̄ sepe pax populoꝝ rūpitur: ⁊ offendicula etiam de regno suscitātur: terrarūq; fructus diminuunt: ⁊ seruitia populoꝝ ꝓpediūtur: multi ⁊ varij dolores ꝓsperitatem regni inficiunt: charoꝝ ⁊ liberoꝝ mors tristitiā confert: hominū incursus ꝓuincias vndiq; vastant: bestie armentoꝝ ⁊ pecoꝝ greges dilacerāt: tēpestas aeris ⁊ hemisphe ria turbata / terrarū fecunditatem ⁊ maris ministeria ꝓ hibent: ⁊ aliquādo fulminū ictus segetes ⁊ arboꝝ flores ⁊ pampinos exurūt. Super oīa vero regis iniustitia non solum imperū ꝑsentis faciem fuscat: sed etiā filios suos ⁊ nepotes: ne post se hereditatem regni teneant: obscurat. Propter piaculū em̄ salomonis / regnum domus isr'l dōs de manibus filioꝝ dispersit: ⁊ ꝓpter iustitiam Dauid regis lucernā. iij. Regum. xj. de semine suo reliquit. Ecce quātum iustitia regis seculo valet / intuentib⁹ perspicue patet. Pax em̄ est populoꝝ tutamētū prie. vnitas plebis. munimen gentis. cura languoꝝ. gaudiuꝝ boim. tēperies aeris. serenitas maris. terre fecunditas. solatium pauperum. hereditas filioꝝ. ⁊ sibimetipsi spes future beatitudinis. ad hec. xxiij. q. v. regum. in fi. ibi. si inquit hec feceritis reges iuda: tenebitis ꝑfectā ꝑtātem. ij. q. ſ. noli. ibi. si aūt pax humana tam dulcis est ꝓ rēpore / alia salute morialium: quāto dulcior est pax diuina ꝓ eterna salute angeloꝝ: Ysido. quoq; iij. li. de summo bono sic ait. Qui recte vtit regis potestate: ita ꝑstare oibus dz: vt quanto magis honoris celsitudine polleat: tanto se metipm̄ mente humilior: ꝓponens sibi exemplū humilitatis christi ⁊ dauid: qui de suis meritis nō tumuit: sed humiliter sese deficiens dixit. Vilis incedam: ⁊ vilis apparebo ante deum q̄ elegit me. ſ. Reg. vj. Et post. q̄ recte vtitur regia ptāte: formā iustitie factis magis q̄ verbis instituit. Nulla ꝓsperitate erigitur. nulla aduersitate turbat. non innititur ꝓpriis viribus. nec a dño recedit cor eius: alīs maledict⁹ est. Hiere. xvij. Et post. Dedit dōs ꝓncipibus ꝑsulatum ꝓ regimine ppl'or: ⁊ illis eos ꝓeesse voluit / cū quibus vna est eis nascendi moriendiq; conditio. ꝓodesse ergo dz populis ꝑ ciparus nō nocere nec in dñando ꝓmere: ⁊ de cōdefendendo cōsulere. vt vere sit vtile hoc ptāt̄ infingere: ⁊ dono dei. ꝓ nutritione vrantur membroꝝ christi mēbra. xxiij. q. iij. p membris. quippe christifideles sunt ppli. quos dum ea ptāte quā accipiūt optime regūt: bonā vtiq; vicissitudinē deo largitori restituūt. Et post in alio quodā. c. Sub religionis disciplina seculi ptātes subiecte sunt: ⁊ q̄uis culmine regni sint ꝓditi: vinculo tm̄ fidei tenentur adstricti. vt ⁊ fidem christi suis legibus ꝓdicent: ⁊ ipsam fidei ꝓdicationē bonis moribus cōseruent. Iustum em̄ est ꝓncipē legibus obtemperare suis ⁊c. ix. dist. iustum. palea. ibi vide. ¶ Hugo autem de sancto victore de terrena ptāte loquēs in li. de sacrāmētis / ostēdit q̄ debeat obseruare terrena ptās in exercenda iustitia. dz em̄ obseruare ꝓsonam quia ei nō licet in clericum / seu ecclesiasticam ꝓsonā manū mittere: sed solum in laicū. xj. q. ſ. quasi per totum. ēt de iudic. at si. Debet obseruare cām: vt ecclesiastica negotia nō suscipiat: sz tm̄ secularia examināda. ēt de iudic. decernimus. xcvj. di. duo. ¶ Debet obseruare modū ⁊ mensuram. vt qualibet culpam puniat cōgrua ⁊ cōuenienti pena. de pe. dist. ſ. deus diffinitione. Debet obseruare locum. vt loca sacra violare nō ꝓsumat: ⁊ confugiētibus ad illa etiā reis ⁊ ꝓo suis sceleribus condēnandis inordinate violentiaz non inferat. xvij. q. iij. quisquis. ēt de immuni. ec. inter alia. ⁊. c. fi. ¶ Debet obseruare tēpus. vt sacris ⁊ solēnibus diebus reuerentiā exhibeat. ēt de feriis. c. fi. Quando etiaz iis parcendū est / quibus ꝓ suis culpis supplicia debent, vnde in exercendo iudicio ⁊ ꝓferenda sniā attendi debet loci ⁊ temporis conuenientia. ēt li. bro. vj. decer.

¶ His q̄ modis secularis ptās iustitiaz exercere debet / legum institura sequēs. xj. q. iij. summo. ⁊ nihil ꝑter iustitiam ⁊ veritatem approbans in iudicando. Adiūgit aūt vlterius Hugo / quō per ornamenta regalia designātur ea que congruūt regibus. vnde dicit q̄ secularis ptās hz ornamenta quedā dignitatis sue: quibus ⁊ excellentia ordinis ostenditur: ⁊ sacramentuz ministerij figurat. Nam annulus fidem: armilla bonā operationē: sceptrū iustitiā gladius vindictam designat. ¶ De ꝓmo scilz de annulo. xxx. q. v. nostrates. vnde ⁊ Luce. xv. Date ei annulū in manu. i. ꝓ signaculū fidei exponitur. vnde ibi Beda. In manu. i. in operatione. vt opa fide clarescāt: ⁊ ꝓ fidem opera cōfirmentur. Item ibi Chryso. Jubet annulū dari / siue signaculi salutaris symbolū: seu desponsationis insigne: ⁊ nuptiarū pignus: q̄bus christus ecclesiam sponsat: quum anima respiscens per ānulū fidei iungitur. Osee. ij. Desponsabo te mihi in fide. Hiere. ij. Nūq̄d obliuiscitur virgo ornamenti sui? scz annuli desponsationis sue. De. ij. de armilla. Ezech. xvj. Dedi armillas in manibus tuis / exponitur. i. virturem bone operationis. armilla em̄ ornamētum manuū est. De. iij. de sceptro. xcvj. di. constantin⁹. ibi. etiā imperialia sceptra. de iustitia regis ꝓ ipm̄ designata ꝓ. c. regum. xxiij. q. v. De. iiij. scz de gladio vindicte. Roma. xiij. ibi. non sine causa gladium portat. xxiij. q. v. §. ſ. et c. non solum. De. v. scz de purpura ꝓ. c. constantinus. ibi. chlamydem purpureaz. ¶ De reuerentia regi exhibēda ſ. Pe. ij. ibi. siue regi quasi ꝓcellenti. ⁊. ſ. regem honorificate. ēt de mato. ⁊ obe. solite. De sexto de diademate ꝓ. c. cōstantinus. ibi. deinde diadema capitis nostri. De gloria coronę. xxi. q. ſ. duo. ¶ E Illud etiam hic inserendū ⁊ repetendū est / q̄ quū imperator iurat, ꝑmittit se foꝝ defensorem ⁊ ꝓtectoꝝem summi pontificis / ⁊ sancte romane ecclesie / in oibus necessitatibus ⁊ vtilitatibus suis: ⁊ custodem ⁊ cōseruatoꝝem possessionū bonoꝝ ⁊ iurū eius. vn de videtur se habere ad papam: sicut se habet manus ad caput: in defendendo ⁊ ministrando. ad hec. xxiij. dist. tibi dño. ēt de elec. venerabilem. Et q̄ tale iuramentū q̄ ꝓestat imperator: sit iuramentū fidelitatis ⁊ hoīagij: est hodie amplius declaratū in clemen. ēt de iureiu. romani ꝑncipes. Papa etiam euaginatū gladiū sumit de altari: ⁊ ei tradit: intelligens in gladio curam ⁊ regimen totius imperij. sic dicēs. Accipe gladium desup beati Petri coꝝ porę sumptū ꝓman⁹ nostras / licet indignas / vice tamen ⁊ authoritate sanctoꝝ apl'oꝝ ꝓsecratas / imperialiter tibi concessum: nostreq; benedictionis officio in defensionez sancte dei ecclesie diuinitus ordinatum: ⁊ ad vindictam malefactoꝝ / laudem vero bonoꝝ. ēt de homic. postulasti. ⁊ memor esto / de quo pſ. ait ꝑs. xliij. ⁊ ꝓphetauit / dicēs. Accingere gladio tuo sup femur tuuz potentissime. vt in hoc per cūdem vim equitatis exerceas. molem iniquitatis potenter destruas. ⁊ sanctam dei ecclesiam eiusq; fideles defendas: ꝓpugnes: ⁊ ꝓtegas. nec minus sub fide falsos q̄ christiani nominis hostes exercres ac dispergas. viduas ⁊ pupillos clementer adiuues / ac defendas. desolata restaures. restaurata ꝓserues. vlciscaris iniusta. confirmes bene disposita. quatinus in hoc agendo virtutuz triūpho / gloriosus iustitieq; cultor: egregius cuz mundi saluator: e / cuius typum geris / in nomine sine fine regnare merearis. ¶ D Hec autem que de imperatore dicuntur: ad reges alios christianos suo modo poterūt applicari. Denicq; ꝓpter malos reges / qui tyranni nunc dicūtur: licet oēs reges olim tyranni dicerentur: quia rex grece. latine dicit tyrānus. Addendum est ad coꝝ correctionē q̄d Richardus de sancto victore sup illud Apoca. ſ. ⁊ ꝓnceps regum terre. ait de ipſis. Sunt quidam reguz q̄ summo ꝑncipi christo adherere ꝓtēnunt. q̄ acceptaz ab eo ptātem / sm̄ ipm̄ exercere nolūt. q̄ in subditos seuiūt: ⁊ eos deuorāt. ⁊ sup̄a se ꝑncipē habeant: q̄ eripit inopes de manu fortioꝝ eius. ꝑs. xxxiij. egenū ⁊ pauperem a di-

Omnia mēta regalia eo rūq; designatio.

Imperatoris iuramentum

In reges plus ꝙ seuiētes

Que in exercenda iustitia sint obseruāda.

ripientibus eum:minime pensant.quos p̃inceps ad exercitationẽ ⁊ purgationem electoꝝ ad tps seuire permittit.viij.q.j.audacter. Sed in rẽpore retributionis eos de hac seuitia grauiter iudicabit. Nã potentes potenter tormẽta patiẽtur: ⁊ fortioribus fortio: instat cruciat⁹. Sap. vj.viij.q.j.illud. Redeant ergo tales reges(si tamẽ reges sunt) ad ꝓscientiã: ⁊ q̃ sup se p̃ncipem habeãt:cui de actibus suis sunt reddituri rationẽ:recognoscãt.qui sicut potestatẽ hꝫ conferre: sic põt ⁊ auferre. balthesar eñ regum dissoluit dñs: ⁊ p̃cingit fune renes eoꝝ. Job. xij.c. ⁊ alibi scriptum est Eccli.x.c. Sedes ducum superboꝝ destruxit deus:⁊ sedere fecit mites ꝓ eis. Hec certũ est:vt ex pluribus exemplis in scripturis colligi põt. ⁊ aliqua posui.s. in.xl.ar.x̃.⁊ ecõtra. Sed interdum pctã ppli merent tales reges:vel potius tyrãnos.vt sacra eloquia testant. Abstineat ergo populus a culpa:vt liberet a tyrãno:uꝝ plaga. hucusq̃ Richardus. Unde canõ. Pro meritis subdito:ũ disponitur a deo vita rectoꝝ.ij.q.viij.c.j.et merito.viij.q.j. audacter.

¶ Articulus.lviij.

probitatis necessitas: quū oīa agamus ante oculos iudicis cuncta cernentis. xxviij. q. ij. pernicioſam. De reuerentia ad angelum. Bern. In quouis diuersorio. in quouis angulo reuerētiam habe angelo tuo semper adstanti. ps. cxxiij. Montes in circuitu eius. i. angeli. Hiero. Nec audeas eo presente: quod me presente nō audes. De reuerētia sacris locis. Beñ. xxviij. Terribilis est locus iste. & ar. ſ. di. ſus publicum. & de cōſe. diſt. j. c. ſ. vide quod no. de conſe. diſt. ij. inſtitutio. Sed sunt quidam homines in hoc demonibus nequiores: quibus locus corporis dominici & reliquiarum sacrarū in ecclesia est terribilis. ipſi tamen ibi feda & inhoneſta attentare & perpetrare nō formidāt. contra quos. ſ. Macha. iij. legitur de Heliodoro inuadēte depositū in templo. cui apparuit equus terribilis: terribilem habens sessorem. de hoc ex de reli. & ve. sanctoꝝ. per totum. & de immu. eccle. c. decet. lib. vj. & xvij. q. iij. §. sacrilegiū. ex de adul. significasti. Hominibus etiam reuerentia facienda est. ſ. Per. ij. Omnes honorate. ex de maio. & obe. ſolite. & ſ. Regem honorificate. ix. di. nec. Et cōſcientie. Bern. Conſcientie tue debes honorem: cōſi qua peccare erubeſcas. Eccli. x. Fili in manſuetudine serua aiam tuā: & da illi honorem ſm meritum ſuū. Peccātem in anmā suam quis iuſtificabit: & quis honorificabit exhonorantem animā suam? Immo nec serui sunt inhonorandi nec contemnendi: maxime propter naturam diuinam nobiſcū vnitam. Matth. xviij. Videte ne contēnatis vnum ex his pusillis. Eccli. vij. Seruus ſenſatus ſit tibi dilectus quaſi anima tua. Cyprianus. Qualem cupis ergа te deū esse: talis & ipse ſis circa seruum tuū. Seneca. Cum inferiore ſic viuas: quemadmodū ſuperiorem vis tecū viuere. Nicit. ij. q. vj. qui ſe ſcit. ij. xxij. q. vj. iniquum. ix. di. nec. & expreſſius. lxxiij. diſ. quorūdam. ibi. Et ideo q̄ tales ergа ſubiectos noſtros debemus exiſtere: quales nos (ſi subiecti fuiſſemus) noſtros vellemus eſſe prepoſitos. xcv. diſt. eſto. xxij. q. v. de forma. Pauperes etiam honorandi ſunt. Heg. Pauperes nō ſunt deſpiciendi vt egeni: ſed exhortandi vt patroni. Domini etiam honorādi ſunt a ſeruis & ſubditis. ſ. ad Eph. vj. Omnis aia &c. & de cēſi. omnis. Rom. xiij. Cui honorem honorem. Rom. xij. Honore inuicem preuenientes. Senes etiam boni honorandi ſunt. Thren. iij. Facies senum nō erubuerunt. & poſt. Nec̄ ſenum miſerti ſunt. Sap. ij. Nec veteranū vereamur. Leuit. xix. Coram cano capite conſurge: & honora perſonam ſenis. ſ. ad Tim. iij. Seniorem ne increpaueris. ij. q. vij. paulus. Seneca. Cum veterano parcius agendum eſt. Viri ſimiliter honorandi ſunt ab vxoribus. ſ. Per. ij. & econuerſo. vt ibi. Hiero. Non de pede: ſed de coſta mulierē formauit: ne ea viro contēneretur. nec de capite: ne ei dominaret. de hoc. xxiij. q. v. cū caput. & c. vlti. Honorandi ſunt parentes ſpirituales. Eccli. vij. Honorifica ſacerdotes. Heb. vl. Obedite prepoſitis veſtris. ſ. ad Timo. v. Qui bene preſunt preſbyteri duplici honore honorētur. Thren. iij. Nō adder vt reſpiciat eos. Facies ſacerdotū non erubuerūt. gloſ. Notandū q̄ ſupra ſacerdotes quaſi homicidas notat. & hic ſeparantur a facie domini q̄ non detulerunt eis. q̄is enim mali ſunt: non ſunt contēnendi. ſed ille in illis colendus est & honorādus: a quo miſſi ſunt. Et alia gloſ. Nota terribile contra contēnentes ſacerdotes: & cōtra facies eorū non erubeſcentes. i. illis monentibus & iubentibus a ſecularibus nō ceſſare. Ad hec. x. di. ſm. ij. q. ſ. non quales. xxj. di. in nouo. Honorādi quidē ſunt ꝓpter dignitatem. maxime quā ſcz trāſſubſtanti audi habent in ſacramento altaris. ſ. q. j. multi. quam nō habent angeli. Honorandi etiā ſunt parentes carnales. Exo. xx. Honora patrē tuum &c. verbis ſcz & beneficijs. Hiero. Honor in ſcripturis non tam in ſalutationibus & verbis q̄m in collationib⁹ munerū ſentitur. ad hec. xxxj. q. ſ. quomodo. ſ. ad Timo. v. Qui ſuorū maxime domeſticorū &c. xlvij. diſt. §. neceſſe. de hoc plene. Eccli. iij. Unde ibi ſup illo verbo. Maledictio matris eradicat fundamenta. Beñ. ix. gloſ. Cham nuditatem patris irriſit. xcvj. diſt. in ſcripturis. & ſemen ſuū in ſeruitutē per petuā dānauit. xxxv. di. ſexto die. ij. Reg. xv. xvj. xvij. & xviij. Abſalon Dauid de regno expulit: & concubinas eius inceſtauit. ſed morte cōdignas penas luit. iiij. Reg. ij. Heliſei caluitium pueri Bethel irriſerunt. et duos vrſi. xlij. de eis laceraverunt. primum Beñ. ix. ſecūdum. ij. Reg. xviij. tertium. iiij. Reg. ij. Proverb. xix. Qui affligit patrem &c. & xxviij. Qui ſubtrahit aliquid a patre &c. et xij. q. ij. qui abſtulerit. Eccli. iij. Honora patrem. Exo. xxj. Qui percuſſerit patrē aut matrē: morte moriatur. Eccli. iij. Honorem habebis matri tue &c. Non honorantes parentes anathematizat concilij gangrenſe. xxx. di. c. ſ. Ad hoc etiam. lxxxvj. diſt. non ſatis. & eſt probanda. & xcvj. di. in ſcripturis. in fi. Et notandū q̄ ſicut tenemur prouidere neceſſaria parēribus carnalibus: ita & ſpūalibus. Lar. x. Dignus eſt mercenarius mercede ſua. xij. q. ij. quicūq. ij. Timo. ij. Laborantem agricolam &c. Bala. vj. Communicet autē is qui catechizatur &c. xiij. q. ſ. §. his ita. Unde ſuper pe. verbo apli. ſ. Timo. v. Qui bene preſunt preſbyteri: duplici honore digni habeantur. gloſ. A ſubditis. vt eis ſpūaliter obediant: & temporalia eis miniſtrent.

¶ Articulus. lxxvij.

QUōꝫ ſufficienter expediuimus de ſuperbia inficiente omne genus humanuz: maxime religioſos quoſdam qui adſtrictius humilitatē domino promiſerunt: ad aliud religioſorū quorūdam noſtri temporis vitium accedamus. ſcz vanā gloriam. ¶ Agitur ſm Climacum in gradu xxij. Vana gloria eſt ſm ſpeciem nature immutatio animorū peruersio & obſeruatio querele. ſm vero qualitatem eſt laborum diſperſio. ſudorū perditio. theſauri inſidie & perditio. inſidelitatis prole. ſuperbie precurſatrix. naufragium in porta. in arca formica minima quidem exiſtens. vniuerſe vero fatigationi & curſui inſidiatur. Vigilanter obſerua: et floretem vſqꝫ ad momentum & mundam inuenies in veſtimentis & in vnguentis & pompatico proceſſu & aromatibus & aliis. Jeiunans vanigloriatur & reſoluens ieiunium vt nō innoteſcam. Iterum vanigloriatus: preclare veſtitus. vincor ab eadem vilia cōmurans. Iterū vanigloriatus: loquens. vincor ab ea. & tacens iterum ſuccūbo. quocumqꝫ proieceris tribulum iſtum: ſtat aculeo recto. Vanigloriosus eſt idolorum cultor: fidelis colens quidem deū ſm apparens: hominibus vero & non deo placere volēs. Matth. vj. Vanigloriosus eſt omnis oſtentator: & oſtentationis amator. Vanigloriosi ieiunij abſqꝫ mercede eſt. Matth. vj. & oratio eius impetuna. propter laudē enim hominum vtrumqꝫ operatur. Vanigloriosus exercitator: dupliciter leditur: corpus quidem contabeſcere faciens: mercedem vero non accipiens. ¶ Adulatores vanā gloriam prouocant. vj. q. ſ. ſunt plurimi. Adulator eſt demonum miniſter: ſuperbie manuductor: cōpunctionis diſperſor: bonorum exterminator: ſeductor: vie. Confundantur & obmutescant qui beatificare in facie admirātur. xlvj. di. c. ij. & xxij. q. ij. primū. Seneca. Adulatio dulce venenū. Magnū eſt ab anima laudem hominū amouere: maius vero eſt laudem demonum auertere. r. ſ. Lorde humilitatem oſtendit: non qui ſeipſum vilificat. quomodo eſſ non cōporabit ſeipſum: ſed ab alio imperatus & charitatē ad ipſum non diminuens. Non ſuſcipias vane gloriе deo monē quū tibi epiſcopatū. ſ. q. vj. ſicut is. aut fratrū ducatum aut magiſterij ſubmittit. Labor enim eſt hūc canem ſcz vanam gloriam a macelli menſa. ab appetitu repellere cordis. Secularium aduentum preanticipat vana gloria: & leuiores monachos in occurſum aduenientium exhortatur exire. Qui vanitatem vane gloriе mercatur: duplicem vitam poſſider. nam inter monachos habitu & figura mentitur. in mundo vero prudentie cogitatione et mente. Qui ſuper donis naturalibus et diuitijs, dico

aurē acuitate ingenij/ꝛ intellectus docilitate/lectione/ p;olatione/p;omptitudine/ingenuitate/ꝛ talibus hmōi vniuersis absq; labo;e p;eexistentibus in nobis extollitur: nūq; super naturam bono vero participabit. qui enim in modico scz in naturalib⁹ infidelis est:ꝛ in multo scz in supernaturalibus scz bonis gratuitis scz virtutibus infidelis erit.ar. Matth.xxv. de fideli in modico. Luc.xix. Vana glo;iagnater est superbie.quia nimirū laudes exaltant et inflant.vi.q.j.sunt plurimi. exaltata vero anima/tūc eam superbia sumens sursum effert vsq; ad celos:ꝛ subtus defert.Luc.x. de peni.dist.ij. si enim.ad fi.ad abyssos. P;incipiū p;inationis vane glo;ie est custodia o;is ꝛ amo;ignominie. Medium vero recisio omniū adinuentionū vitiosarum intellectualiū. Finis vero ea que sunt ad ignominiam conferentia/co;ā multitudine insensibiliter adinuenire. Quū nos laudare incipiūt demones seducto;es: celeriter reco;demur multitudinem iniquitatū nostrarum. Vana gl;ia est simplicitatis abiectio/ficta institutio ꝛ conuersatio. Mucusq; Climacus. ¶ In epistola ad virginem ait sanctus Athanasius. Si manifestaueris vitam tuam: pariet hoc tibi vanam glo;iam:ꝛ damnū patieris. Si aūt animā inueneris tibi consentaneā pariter que dei sunt facientem:huicquasi soli in ministerio reuela.ibi em̄ non est vana glo;ia.q; qui loquitur vt animā saluet:multā mercedem accipiet se habentibus desideriū non insidiato;ibus. Matth.xvij.xj.q.iij.nolite. audiendi loquitur vt salu̇entur. ¶ Abbas Pemen̄.dixit.Homo si seipsum rep;ehendat:vbiq; potest stare solus ꝛ cū alijs.si autem se magnificat:nunq; stat. Quicquid fecerit homo boni:ne erubescat in eo.quia mox perdet illud. Abbas Macharius eū inuriantī satisfaciebat de eo qō querebat. laudanti eum nullū dabat responsum. Dixit abbas Zenō.Egyptij monachi virtutes quas habent zelant:ꝛ vitia q̄ nō habent/ manifestant.Syri autē ꝛ greci virtutes quas non habēt/ p;edicant:ꝛ vitia q̄ habēt/absondunt. Dixit senex. Qui ab hominibus amplius hono;atur aut laudatur:non parū damni patitur.qui autem ab hominibus non hono;atur:desuper glo;iam scz tēpo;alem (intelligo eā appetendo)ꝛ eternam.xl.di.qui primatū.accipiet.vtrāq; enim habere glo;iam impossibile est. Idem senex. Sicut fieri nō potest vt herba simul ꝛ semel nascatur.de peni.di.ij.dum sanctā. Ita impossibile est vt laudem ꝛ glo;iam secularīū habentes(supple ꝛ affectantes) simul etiam ꝛ fructū faciamus celestem. Dixit sancta Synclerica. Sicut thesaurus si manifestetur minuitur.ita ꝛ virtus deperit publicata. Nam sicut cera a facie ignis soluitur.pō.lxvij.ita ꝛ anima per laudem resoluta perdit intērionem suā. Dixit senex. Quando cogitatio superbie vel vane glo;ie te impugnat:perscrutare teipsum si omnia. Exo.xx.no.xxxij.q.vij. quod in oibus. Matth.xix. mādata dei seruasti. Mat.vj. xviij.q.iij.ser. Si inimicos tuos diligis: si gaudes i gl;ia inimici tui:ꝛ cōtristaris in deiectione eius:ꝛ si apud te habes q̄ seruus inutilis . Luc.xvij.es:ꝛ oibus hoibus plus peccato;. Neq; tamen aliquid grāde sapias tāq̄ aliquid feceris:sciens q̄ elata cogitatio oīa illa bona dissoluet.

Quidam senex dixit q̄ mo;tuus erat mundo.alter dixit ei. Non cōfidas donec egrediaris de co;po;e.quia etsi tu dicas q̄ mo;tuus es:diabolus tm̄ mo;tuus nō est. Quū quidam senex in deserto quinquaginta annis nec panem nec aquā ad satietatē accepisset: dicebat /occidi auaritiā ꝛ vanam glo;iā. Quod quū audisset abbas Ab;aam: venit ad eū:ꝛ requisiuit an illū sermonē dixisset. At illo confitēte/dixit ei Ab;aam. Ecce dū per viam ambulas vides lapidem ꝛ massam auri. Nūquid potest cogitatio tua aurum simile lapidi existimare:Dixit senex. Non.sed pugno cum cogitatione mea ne illud tollam. Cui Ab;aam. Ecce viuit auaritia.sed ligata est. Iterū dixit ei Ab;aam. Ecce audis de duobus fratribus q̄ vnus te laudat:alter te ho;ret:ꝛ detrahit de te.nūquid vtrūq; eo;um ad te veniētē pariter accipies:Dixit senex. Non.sed iterum pugno vt illum diligam quem ho;reo. Cui Ab;aam. Ecce ergo vi uunt in te passiones. sed ligate.supple. et solui possunt. Quidam senex dixit alteri. Si fratri dedero aliquid: ꝛ tamen spiritus renodoxie so;dicet illud:tamq̄ propter laudem hominum hoc faciam: nūquid dimittam dare:Cui senex. Et si p;opter homines hoc tentaris facere:tamen q̄ p;oximo necessaria sunt da. Nam duo homines erāt in vico:vnus seminauit ꝛ fecit frumentum parum ꝛ ipsum nō mundum.alter nihil seminauit. Veniente fame/meli⁹ potuit viuere qui seminauit. Faciamus nos ergo aliquanta (etsi immūda)ne pereli;emur. Adde quod no.j.§. p;oximo.ff. frater egidius. Quum abbas Sisoy suspirasset altero audiente:dixit. Indulge mihi frater.quia necdū monachum me esse cognosco:quia audiēte altero suspirau i.

Quidam senex quū descenderet ad visitandum filium ministri sui:in vico p;ecessit eū minister:ꝛ ait vicinis. Venite occurrite anacho;ite.quos quū senex longe vidisset egressos cum lampadibus:sentiens q̄ ad se venirent:spoliauit vestimenta sua ꝛ misit in flumen: ꝛ cepit ea lauare stans nudus.qui autem ministrabat ei:videns/erubuit:ꝛ rogauit homines dicēs. Reuertimini. senex enim noster sensum perdidit.ꝛ veniēs ad illum/dixit. Abba: quid hoc fecisti:omnes enim qui te viderunt:dixerunt quia demonium habet senex. Cui ille. Et ego hoc volebam audire.

Quū iudex p;ouincie abbarem Moysen desiderare vidēre:ꝛ ei in eremo obuiasset:requisiuit ab eo incognito/ Ubi est cella abbatis Moysi:cui ipse. Quid illum vultis videre hominem cultum ꝛ hereticum: que quū audisset iudex:veniens ad ecclesiam retulit clericis que audierat. Contristati clerici dixerunt qualis esset monachus qui sibi talia dixisset. Iudex respondit. Senex vestimentis vetera habens.longus ꝛ niger. Et tunc cognoscēs q̄ ille esset:miratus recessit. Quū quidam iudex vellet videre abbatem Symeonem:ille audiens ascendit arbo;em palme:ꝛ cepit eam mundare.quū aūt venissent illi:dixerunt. Ubi est anacho;ita:At ille respōdit. Non est hic. discessit. ꝛ ficilli discesserunt. Iterum alia vice voluit eum videre quidam ex iudicibus:ꝛ p;ecesserunt clerici dicentes. Abba:para te.quoniā iudex audiens opera tua venit abs te benedici. At ille.etiam parabo me. Vestiuit ergo centonē suum.ꝛ accepit panem ꝛ caseum in manus suas.ꝛ diuaricatis pedibus sedit in po;ta:et incepit comedere. Veniens iudex ꝛ sic eum videns/contemnens eum discessit.

Quū abbas Sisoy resuscitasset quēdam infantem defunctum quē in cella p;oiectū o;are credebat:ait discipulo. Nunq̄ hoc dicas ante meum trāsitum. Fugit abbas Nesteroth d;aconem in deserto:dicens. Nisi d;aconem fugisset:cogitationem vane glo;ie non vitasset. Quum fratres de stili non possent quēdam immūdum spiritum deiicere:dixerūt. Non potest quis hunc eiicere nisi abbas Bessarion.sed si hoc dixerimus ei:nec ad ecclesiā veniet. fingamus ergo q̄ do;mit. Et dixerunt Bessarioni. Abba suscita istum qui do;mit. At ille dixit.surge ꝛ egredere foras. Mira sanctitas.ignoꝛans fecit miraculum . Et mox egressus est ab eo spūs immundus. Quū sanctus Macharius quēdam mo;tuum suscitasset:discipuli eius ante pedes eius co;ruerunt p;e timo;e.quibus senex. Istud p;pter me factum non est.nihil enim mihi ollarum est.sed p;opter mulierem viduam ꝛ paruulos de⁹ indoluit. hoc enim maius est q̄ deus noster animas hominū sine peccato esse desideraꝛ:q̄ mo;tuos suscitare. Item dixit. Qui labo;at:et arbitratur se aliquid facere: recipit hic mercedem suam. Serapion in collatione de octo vitijs. Xenodoxie genera duo sunt. P;imum q̄ p;o carnalibus a;manifestis extollimur rebus. Secundū q̄ p;o spiritualib⁹ ꝛ occultis desideris vane laudis inflamur. Una tamen in re renodoxia vtiliter accipitur.quū quis spiritu fo;nicationis tentatus/ne vilis habeatur ab alijs:continet:ꝛ ne nomen sanctitatis amittat. Nec mirum tantam huic passioni inesse virtutē/vt irruentem quēpiam in fo;nicatio-

nis stimulum valeat refrenare: quū sit experimētis multoꝝ sepissime probatū ꝙ ita eum quē semel veneni sui peste coruperit: infatigabilem reddat: vt faciat ab eo ne biduana quidē vel triduana sentire ieiunia. Super qua repulchre abbas Macharius cuidam percunctanti cur fame ab hora tertia in eremo pulsaretur: q̄ in cenobio hebdomadibus integris refectionē sepe contēnens non sensisset esuriem: respōdit. q̄ hic nullus est ieiunij tui testis: qui te suis laudibus nutriat atq; sustentet: ibi aūt te digitus hominū ⁊ penodoxie refectio saginabat. Cassianus in lib. xj. de penodoxia. i. vana gloria. Septimū nobis certamen est contra spiritū penodoxie (quam nos vanā gloriam possumus appellare) multiformem variū atq; subtilem. ita vt quibuslibet perspicacissimis oculis non dicā caueri: sed preuideri vix possit. Nō solū enim vt cetera vitia in parte carnali/sed etiā in spirituali monachū pulsat subtilioꝝ se nequitia ingerens monachi menti. ita vt qui non poterunt carnalibus vitijs decipi: spūalibus successibus acrius sauientur. tantoq; est perniciosioꝝ ad conflictū: quāto obscurioꝝ ad cauendū. Omniū nāq; vitioꝝ manifestioꝝ apertioꝝq; est congressus. ⁊ in vnoquoq; eoꝝ contradictione rigida confutatur incentoꝝ: ⁊ inualidioꝝ factus abscedit. victoꝝemq; suū deiectus aduersarius desinceps infirmioꝝ attentabit. Hic vero quū ꝑ elatione carnali pulsauerit mentem: ⁊ fuerit resp̄sionis scuto repulsus: rursus vt quedā multiformis nequitia priꝰi habitu personaq; mutata/sub virtutū specie victoꝝē cōfodere ⁊ iugulare contēdit. Ecce ni cetera vitia sc̄a perturbationes vniformes ac simplices esse noscuntur. Hec vo multiplex ⁊ multiformis ac varia vndiq; bellatoꝝ ⁊ ex omni parte occurrens. Nā ⁊ in habitu ⁊ in forma/in incessu/in lectione/in voce/in opere/in vigilijs/in ieiunijs/in oratiōe/in remotione/in scientia/in taciturnitate/in obedientia/in humilitate/in longanimitate/militē christi vulnerare conatur. Pulchre senioꝝes naturā moꝝbi huius in modum sepe describunt: que vno decoꝝiata tegmine alio rursum inuenitur inducta. Omnia vitiata superata marcescunt: ⁊ deuicta per singulos dies infirmioꝝa redduntur. Hoc vo deiectū acrius insurgit ad luctamē. Bala. v. Nolite fieri inanis glorie cupidi. Et Jo. v. Quomodo potestis vos credere qui gloriam abinuicem accipitis: et gloriā que a solo deo est nō queritis? Et Dauid p̄s. liij. Dissipauit deus ossa eoꝝ qui hoibus placent. Et Bala. j. An quero hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem: christi seruus non essem. xlvij. dist. c. vlti. Immittit hoc vitiū clericatus gradum ⁊ desideriū p̄sbyterij ac diaconij. Quidam senex quū ad cellam cuiusdā fratris causa visitationis veniens ostio proꝝimasset: ⁊ q̄d ageret curiosi⁹ auscultaret: ita eum reperit huius spūs impugnatione pellectū: vt in ecclesia sese credere faceret exhoꝝatoriū plebi sermonē. rursumq; mutato officio audiuit eū velut diaconem missam cathecuminis celebrantē. Sententia patrū antiquoꝝ hec est ad vanam gloriam fugiēdam sc̄z monachum debere fugere mulieres ⁊ episcopos. neuter enim sinunt monachum quieti celle operam dare: aut theorie vacare. Jo. cassi. ibi vbi supra. Hanc bestiā multiformē tali remedio poterimus euadere. vt cogitātes illud p̄s. liij. Dissipauit deus ossa ⁊c. p̄initus nihil proposito vanitatis ac inanis glorie gra nosmetipsos facere permittamus. deinde ea q̄ bono initio fecerimus: obseruatione simili custodire nitamur. ne oēs labores nostroꝝ fructus post irrepens penodoxie moꝝbus euacuet. Quicquid etiā in conuersatione fratrū minime cōmunis vsus recipit vel exercet: cum studio tāq; iactantie dedicatum declinemus. Et ea que nos possunt inter ceteros nobiles reddere: veluti solis faciētibus laus apud hoies fit querenda: vitemus. Quod facillime poterimus euadere: si cōsideremus non solum fructus laboꝝ nostroꝝ: nos penitus amissuros quoscūq; penodorie proposito fecerimus: sed etiam reos magni criminis factos eterna supplicia veluti sacrilegos subituros. vtpote qui ad iniuriā dei opus quod eius/vt glorificetur deus. Matth. v. Luc. ij. p̄s. cxiij. Nō nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam. obtentu nos poꝝtuit agere: hominū gratia maluerimus exercere: ab eo qui occultoꝝ est conscius. p̄s. ix. Scrutans corda ⁊ renes deus. Ad Heb. iiij. xxxij. Horribile est. incidere in manus dei viui. q. ij. pernicioſam. homines deo/⁊ gloriā mūdi gloriē domini preferre. Nilus. Vane gloriē passio irrationabilis est: ⁊ in oi virtutis opere se admiscet. Monachus vane gloriē cupidus/sine mercede operarius. Matth. vj. Saccus lus perforatus non seruat immissum. Et q̄ mercedes congregauit misit eas in sacculū pertusum. Aggei. j. Nec penodoxia mercedē. Ventus dissipat vestigia viri: ⁊ eleemosynam. j. q. j. vide. glorie vanitatis. Jactus lapidis nō peruenit in celū. ⁊ oratio placentis hominibus non ascendit ad deum. Occultat thesaurū suum vir sapiens: ⁊ virtutis sue laboꝝem monachus p̄udēs. In plateis oꝝat penodoxia. qui aūt impugnat eam suū intrat cubiculū. Matth. vj. Saltem coꝝdis. Occulta in itinere latronū que tua sunt donec ad supernā ciuitatem perueniaꝝs. Vana gloria mētem decidentem coꝝroboꝝat. infirmantē facit incolumē. ⁊ senem iuuenem foꝝtioꝝē. Raucam vocem subtiliat. pallentem floꝝere facit. claudū facit currere: ⁊ tecū videre. Cui di Rome fratrem multis mensibus iacētem in grabato: ⁊ domitoꝝiū clamoꝝibus infirmitatis concutientē: factū gardianum statim stātem ⁊ exilientem ⁊ doloꝝem nō sentientem. Laudam oue vel capram cū tintinnabulo precedere facit gregem hic moꝝbus. quod est mirabile in pecude biuta. Frater Egidius laicus socius beati Francisci. Propter tentationem inanis glorie nō desistas facere bonum. Si enim agricultoꝝ: nolens semen iacere in terram/diceret intra se. Nolo seminare hoc āno. q̄: si seminauero: foꝝtevenient volucres ⁊ comedent ex semine illo. ⁊ pter hoc non seminaret: nō haberet fructū terre ad comedendū. Si aūt seminaret: licet aliqua de semine pereant. tamen maioꝝ pars remanebit ei. Sic est de illo qui tēptatur de vana gloria ⁊ pugnat contra eā. Adde quod scripsi supra. ij. proximo. ij. quidā. Legitur de beato Bernardo ꝙ quū p̄dicaret: ⁊ a vana gloria tentaretur ꝙ bene p̄dicaret. respōdit. Nec pter re incepi: nec pter te dimittā. Dixit abbas Sisoy. Nisi dñs glorificauerit homines: gloria que ex hoibus est/non diu permanebit. Proꝝuer. xxvij. Ne gloꝝieris in crastinum: ignoꝝas quid superuētura pariat dies. Laudet te alienus: ⁊ non os tuū. extraneus ⁊ non labia tua. Hiero. Non queras gloriam: ⁊ non dolebis quū ingloꝝius fueris. Qui laudē nō appetit: contumelias nō sentit. Matth. ix. Videte ne quis sciat. ⁊. viij. Nemini dixeris. Jo. viij. Ego gloriam meā non quero. Seneca. Liro fit ignominia superbi gloria. Stultissimus est temporalē gloriam tranſitoriā querere vnde possumus eternam acquirere. Bern. Fidelis sibimet custos nō turū arbitratur labijs hominū cōmittere gloriam suā. Non turum plane: sed stultum ibi thesaurū tuū reponere vbi non valeas restituere quū volueris. Si ponis in os meū: iam nō in tua sed in mea est voluntate. quū vtiq; ꝓ meo libito vel laudare te possim vel derogare tibi. Bern. Hypocrita quid non vis esse laudabilis: qui vis vt laudeꝝis? Quid foꝝmosus apparere ⁊ foꝝmosus non esse? Bern. Ut quid alieno testimonio contentus sum: cuius nec vituperio repꝝobus nec laude dignus inueniar? Si ante tribunal vestrū iudicandus adstarem: merito de laude vestra gloriarer. Nūc quū solius christi iudicio sim p̄sentādus: quāte infamie est mei vel alteriꝰ iudicio gloriari. De hoc. xj. q. iij. senti. cū c. sequentibus. Item Bern. Qui cōscientias suas in alienis linguis posuerunt: modo parui/modo magni/modo nulli iudicantur: pꝝout linguis hominū eos laudare vel vituperare placuerit. Ber. Reuera fidelis famulus es: si de multa gloria dñi tui nil manibus tuis adherere contingat. Augu. Quas vires nocendi habeat vana gloria non sentit: nisi ⁊ bellum ei indixerit. quia etsi cuiquā facile est

gloriā non cupere quū negatur: difficile est tamen ea non delectari quum offertur. Bꝛeg. Aliquantulū facile est humanā laudem nō appetere. difficillimū est oblatā reſpuere. hoc vitium vincit alia vitia vincentes. Aug. Cauēdum est pꝛecipue de vitio quod ſurgit de victoꝛia vitioꝛū. Hieꝛo. Difficilius arrogāria caremus: cū auro ⁊ gēmis. Aug. Sunt qui contemptu inanis gloꝛie vanius gloꝛiātur. pſl. Quid gloꝛiaris in malitia? Poena.

Gloꝛia peccati nulla petenda tibi.

eſt de eccleſ. pꝛela. cū graue. Pꝛoſper. Quū omnia vitia ſuperauerit homo: manet periculum ne mens bene ſibi cōſcia potius in ſe cū in dño gloꝛietur. contra illud. ij. Coꝛ. x. ibi. Qui gloꝛiatur: in domino gloꝛietur. Hiero. Pꝛima virtus monachi est iudicia hominū contemnere. Quū cantoꝛ Pariſienſis in quodā loco pꝛedicaſſet: redeūti occurrēs quidam clericus dixit ei. Benedicꝛus ſermo oꝛis tui. de quo vehementer cantoꝛ turbatus eſt. ¶ Remedia contra hoc vitium. Pꝛimum est abſconſio. Eſa. xxxj. Erit vir ſicut qui abſconditur. In vitis patrum. Sicut theſaurus manifeſtus cū minuitur. ita virtus quelibet deperit publicata. Bꝛeg. Depꝛedari deſiderat: qui theſaurum publice in via poꝛrat. Figurat hoc Exo. iiij. in manu Moyſi que lepꝛoſa in ſinu curatur. Secundū eſt ſui repꝛehēſio. vt ſupꝛa in. §. pꝛoximo. ij. ff. abbas. In vitis patrum dictū est de ſe repꝛehendente q vbicūq; viuere poteſt. Tertiū est conſideratio inferni vel purgatoꝛij. vbi est ignominia ad puniendam vanam gloꝛiam. Quartū eſt conſideratio gloꝛie eterne. q: fm Bꝛeg. Uileſcunt tēpoꝛa alia: quum conſiderantur eterna. ⁊ ſpernitur falſa gloꝛia: quū penſatur vera gloꝛia. Quintum: quū offertur homini gloꝛia vel tentatur de ea: det eam deo dicens. pſl. cxiij. Nō nobis domine nō. ⁊ ſ. ſed nomini tuo da gloꝛiam. Sic angeli fecerunt. Luc. ij. de cōſe. di. ſ. hi duo. ⁊ c. poꝛro. Sextū: quia fm Hiero. impoſſibile est q; ꝙs in vtroq; regno appareat gloꝛioſus. ¶ Remedia etiam cōtra ſuperbiam filiam vane gloꝛie ſunt hec. Pꝛimum: conſideratio melioꝛis. ſicut Elizabeth mater Jo. baptiſte cōparata beate Marie humiliata eſt. Luce. ſ. Unde hoc vt veniat mater dñi ad me? Et Jo. cōparatione ſaluatoꝛis. Mat. iij. Ego a te debeo baptizari ⁊ c. Bꝛeg. Sicut incentiuum elationis est reſpectus deteꝛioꝛis: ita cautela humilitatis eſt conſideratio melioꝛis. ¶ Secundū remediū eſt cohabitatio humiliū. Sicut em̄ qui cōmunicat ſuperboꝛ: induet ſuperbiā. Ecci. xiij. ſic qui cōmunicat humili: induet humilitatem. Odo epiſcopus Parmēſis ſemper ante ſe deſpectioꝛes pauperes in menſa ponebat: ⁊ alios a latere. reqꝛitusq; quomodo hoc poſſet tolerare: reſpōdit q; quidam nobilis eum docuerat hoc. ſcz Job. v. c. dicens. Uiſitans ſpeciem tuam nō peccabis. ¶ Tertiū eſt cōſideratio ꝓpꝛie conditionis. pꝛimo ſperma. deinde ſaccus ſtercoꝛis. deinde cibus vermiū. Hiero. Quādo ſuperbiat q; ſemp ſecum ſentinā poꝛtat? Eccli. x. Quid ſuperbis terra ⁊ cinis? ¶ Quartū eſt exemplū chriſti. Aug. Medicina hoīs tumoꝛis est humilitas ſaluatoꝛis. Erubeſcat hō eſſe ſuperbus: quū humilis factus eſt deus. Phil. ij. Ezech. ſ. Quū fieret voꝛ ſuper firmamentū q̄ erat ſuper caput eoꝛ ⁊ c. dicit Bꝛeg. Sancti quiq; quū ipſum q̄ vnigenitū flagellatū ex ſnia patris in hoc mūdo conſpiciūt: deponunt ſi q̄d de ſuis meritis pꝛeſumūt. Nā ſi hinc ipſe ſine flagello nō exiit: q̄ ſine peccato venit. Jo. viij. quō flagellis digni nō erunt: q̄ huc cū pctō venerunt? Hiere. xlix. Ecce quibus non erat iudiciū vt biberent calicem: bibēres bibent: ⁊ tu quaſi innocens relinqueris? ¶ Quintū: cōſideratio vilis ſeruitutis in qua ſuperbus eſt. quia ſeruus diaboli eſt qui eſt rex ſuper oēs filios ſuperbie. Job. xli. al's penul. ¶ Sextū: cōſideratio diſtricti iudicij: q̄ō erit ſpecialiter ad humiliandum ſuperbos. vbi iudicium duriſſimū fiet iis qui pꝛeſunt. Sap. vi. vbi dñs. pſ. xxx. retribuet abundanter facientibus ſuperbiā. Eſa. ij. Dies dñi exercituū ſuper omnem ſuperbum ⁊ ſuper omnem arroganteꝫ ⁊ humiliabitur. Hiere. l. Ego ad te ſuperbe (dicit dñs exercituū) quia veniet dies tempus viſitatiōis: ⁊ cadet ſuperbus ⁊ coꝛruet ⁊ c. Eſa. xxviij. Pedibus conculcabitur coꝛona effraim. ¶ Septimū eſt conſideratio infirmitatis noſtre ex parte coꝛpoꝛis ⁊ anime. quū nec poſſimus pulicibus reſiſtere. Aug. Homo dicit tibi conuiciū: ⁊ tumes: ⁊ iratus es. reſiſte ſi potes pulicibus. Bern. Limoſa ⁊ glutinoſa nimis est non modo exterioꝛ: verū etiam interioꝛ ſubſtātia noſtra. ⁊ facile coꝛhumanū omnibus que frequētat adheret. ¶ Octauū: moꝛtis memoꝛia. ſ. Macha. ij. Gloꝛia impij ſtercus ⁊ vermis. hodie extollitur: ⁊ cras non inuenietur. quia cōuerſus est in terram ſuam. Eccli. vij. Humilia valde ſpiritum tuum. quoniā vindicta carnis impij ignis ⁊ vermis. ¶ Nonum est recoꝛdatio ꝓpij ſceleris. de quo Eſa. xxxviij. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaꝛitudine aīe mee. vnde ij. Reg. xvj. quum Semei malediceret ⁊ mitteret lapides contra Dauid: Abiſay dixit regi. Quare maledicit hic canis dño regi meo: vadam ⁊ amputabo caput eius. Sed Dauid memoꝛ cōmiſſi ſceleris cum Berſabee vxoꝛe Urie reſpōdit. Dimitte eū vt maledicat iuxta pꝛeceptū domini: ſi forte reſpiciat dñs afflictionem meā: ⁊ reddat mihi bonum pꝛo maledictione hac hodierna. ¶ Decimū eſt aſſiduitas deuote ſubiectionis. vt homo ſemper velit eſſe cū aliquo quē vereatur ⁊ timeat: ⁊ ſub alio frangere pꝛopꝛiā voluntatē diſcat. Jo. vj. Deſcendi de celo: non vt faciā voluntatē meā ⁊ c. ¶ Undecimū: contēplatio occulti inſpectoꝛis cui cogitatio hominis cōfiteꝛtur. vt erubeſcamus coꝛam eo elatū. Quid meditari. pſ. xv. Pꝛouidebam dominū in conſpectu meo ſemp ⁊ c. ¶ Duodecimū eſt amoꝛ vilitatis ⁊ exercitatio in operibus ⁊ officijs humilibus. Eccli. vij. non oderis opera laboꝛioſa. de peni. diſt. ij. c. j.

Quib' arcet vana gloria.

Contra ſuperbiā remedia

¶ Articulus. lxxviij. A

Iudiciū peculia

Hypocriſis viciū est, religioſi peculiare.

re quoꝛūdam religioſoꝛū noſtri tēpoꝛis est hypocriſis que ex vana gloꝛia pꝛocedit. Amās enim humanam gloꝛiā: ſimulat ſanctitatem. Pꝛedicant aūt religioſi aliqui ⁊ oſtēdunt ſe habere virtutes q̄bus carent. mūdo in apparētia humiles: in clauſtro ſuperbi. extra honeſti: int⁹ multi immūdi. extra tunica vili: intra loculꝰ reconditi. extra puri: intus malitioſi. extra cū ſecularibus ſobꝛij: intus cū fratribꝰ guloſi. extra cōpoſiti: intus diſſoluti. extra mites: intus furioſi. extra ſimplices: intus maligni. Dicitur aūt hypocriſis ab epi q̄ est ſupꝛa ⁊ criſis aurū: quaſi deſup aurarꝰ. vñ hypocrite ſimulatoꝛes ſunt. q: aliud ſunt: ⁊ aliud oſtentant. fm Chryſ. Eccli. ſ. Ne fueris hypocrita in cōſpectu hoīm. Deut. xxij. Nō indues veſtē lana linoq; contexta. eī de elec. cū cauſam. i. non ſis aliud intra, aliud extra. ¶ Tribus maxime hypocrite cognoſcuntur, dicit Aug. Pꝛimū est bonoꝛ oppꝛeſſio. q: oppꝛimunt bonos: vel perſequēdo factis vel detra. Dēdo verbis. oēs em̄ hypocrite detractoꝛes ſunt ⁊ inuidi: ſe iuſtificātes ⁊ alios condēnantes. Mat. vij. Hypocrita eijce pꝛimū trabē de oculo tuo. ⁊ Luce. vi. Scōm est facilis repꝛehēſio aliorū. quā faciūt vt videātur habere zelū. Tertiū est impatiētia in aduerſis. ſupꝛa oēs em̄ mouētur ⁊ offenduntur ad contumelias ſibi dictas. Impatiētiſſimi em̄ ſunt quidā capitia ti huius tpis: ſicut experiētia cōtinua manifeſtat inter ſeculares ⁊ eos ⁊ adinuicē. Facilius reuera pꝛout cōiter toleraret vn⁹ ſecularis decē iniurias: q̄ religioſus hypocrita vnā. querunt nāq; gloꝛiam hypocrite: ⁊ ideo dolent ad contumeliam. Unde Hiero. ⁊ dixi ſupꝛa. §. ij. ff. Pꝛouerb. Non queras gloꝛiā. ⁊ non dolebis quū ingloꝛius fueris. Qui laudē nō appetit: nec contumeliā ſentit. Pꝛouer. xix. Doctrina viri per patientiā noſcitur. Quartū pōt addi: ſcz opera que familiariter cū ſocijs agunt: in quibus aliquādo depꝛehēduntur. ſicut eſt verbis ⁊ geſtibꝰ diſſolutis in mulieriū cōſoꝛtijs ⁊ alijs operibꝰ carnis. Epheſ. v. Que in occulto fiunt ab ipſis; turpe eſt dicere. ¶ Hypocriſis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

autem ſm Climacū eſt mater mendacij ⁊ multoties ſup/
poſitio ⁊ occaſio. Nil em̄ aliud hypocriſim quidā eſſe de/
terminant q̄ mendacij meditationē ⁊ perpetrationē co/
herens ⁊ connexum habēs iuramentū. Hypocrita toto
cor:pore mētitur. qđ eſt factis mentiri. xxiij. q. v. cauete. vbi
dicit Amb. q̄ mendaciū eſt non ſolum in falſis verbis: ſed
etiā in ſimulatis operibus. Deus aūt aſpernat: eſt dupli
citatis: ⁊ ſimplicem intentionē deſiderat. xxij. q. v. §. ex his
oibus. Omnis hypocrita duplici vita viuit. cum cor:pore
eſt in celo. cū anima eſt in terra. Eſt autē hypocriſis amo:
apparētie ſimulatione virtutis. ſicut dñs ait Matth. vj.
Omnia opera ſua faciunt vt videātur ab hoibus. Tales
omnes mēbra ſunt antichriſti. vnde. ij. Theſſal. ij. Myſte/
riū iam operatur iniquitatis. ſ. iniquitas occulta ſub ſpe/
cie pietatis. Et eſt hypocrita ſm ſanctos angel⁹ tenebra/
rum tranſfiguratus in angelum lucis. ij. Cor. xj. xxvj. q. v.
epi. ⁊ c. nec mirū. xxix. q. j. §. j. Demonium meridianum. pſ.
xc. A demonio meridiano. Et latro q̄ pependit a ſiniſtris
cū domino. Mar. xv. Et marty: diaboli. j. ad Tim. iiij. In
nouiſſimis tēpo:ibus diſcedent quidā a fide: attendētes
ſpiritibus erro:is ⁊ doctrinis demonio:ū in hypocriſi lo
quentiū mēdacium ⁊c. Deſcripſi hypocriſim ſupra in pri/
ma parte. in. §. firma colūna. ff. nihil ſic. in ar. lxvij. ¶ Hy/
pocriſis ſubauratio dicitur. Hypocrite ſunt ſicut ait apl's
ij. ad Tim. iij. ſine affectione ſine pace/criminato:es/in/
cōtinentes/immites/voluptatū amato:es/magis q̄ dei/
habētes ſpeciem ſanctimonie: virtutem vero abnegantes.
Tales veniunt in veſtimētis. i. in habitu religionis/in blā
dimento ſermonis/in auſteritate victus. Coloſ. ij. Nemo
vos ſeducat volēs in humilitate ⁊ religione angelo:um
que nō vidit: ambulans fruſtra inflatus ſenſu carnis ſue.
Per dulces ſermones ⁊ benedictiones ſeducūt cor:da in/
nocentiū. ij. ad Tim. iij. Hi ſunt qui penetrant domos: ⁊
captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis. intrin/
ſecus aūt ſunt lupi rapaces. Idem Mat. vij. ibi. Attendite a
falſis pro:phetis ⁊c. Act. xx. Scio q̄ poſt diſceſſionem meā
intrabunt lupi in vos nō parcentes gregi. Contra hypo/
critas Job. viij. Spes hypocrite peribit. ⁊ j. Sicut tela
araneārū fiducia eius. ⁊ Job. xiij. Non enim veniet in cō
ſpectu eius omnis hypocrita. Et. xv. Cogitatio enim hy/
pocrite ſterilis. Et. xx. Gaudiū hypocrite adinſtar pūcti.
ſi aſcenderit vſq̄ ad celū ſuperbia eius: ⁊ caput eius nu/
bes tetigerit: quaſi ſterquiliniū in fine perdetur. ⁊ qui eū
viderant/dicent. Ubi eſt? Velut ſomniū auolans nō inue
nietur: tranſiēs ſicut viſio nocturna. Et. xxvij. Que eſt em̄
ſpes hypocrite ſi auare capiat ⁊ nō liberet deus animam
eius? Nūquid clamo:em eius audiet deus: quum venerit
ſuper illū anguſtia? aut poterit in omnipotente deo dele/
ctari? ⁊ inuocare deū in omni tēpore? Regnant prelati hy
pocrite ꝓpter peccata populi. Job. xxiiij. Qui regnare fa
cit hominem hypocritam ꝓpter peccata populi. Et Job
xxxvj. Simulato:es ⁊ cal'di prouocant iram dei. Et Job
vlt. Sternet ſibi aurū quaſi lutum. vbi Greg. per aurum
intelligit hypocritas. de pe. di. ij. citius. Eſa. xxxiij. Poſſe/
dit tremo: hypocritas. Et Eſa. ix. Omnis hypocrita eſt ⁊
nequam. Hypocrita ſimilis eſt fimo niue cooperto: qđ eſt
exterius candidū: intus fetidū. ⁊ ſepulcro exterius candi
do: interius plenō oſſibus mo:tuo:. Matth. xxiij. Et vaſi
exterius mūdo interius ſo:dido. ⁊ agno albo exterius ni
gro in cornibus. ⁊ ligno putrido de nocte lucenti. ⁊ lupo
pelle ouina induto. cē de hgre. vt officiū. §. prouiſo. lib. vj.
Et ſicut in pſ. xliij. dño dicunt ſancti/Quoniā ꝓpter te
mo:tificamur tota die. ſic poſſunt dicere hypocrite/Quo/
niam cōtra te mo:tificamur ⁊c. Iſte eſt Simon cyrenēſis
crucem portans in angaria: ſed nō mo:itur in ea: q: mun
do viuit. Luc. xxiij. Hypocrita nūq̄ habet oculum co:dis
ad deū. vnde nec deus ad eum. Unde ſuper illud pſ. xxxj.
Firmabo ſuper te oculos meos ⁊c. dicit gloſſa in perſona
dei. Nō auferam oculos meos a te: quia tu ſemper leuas
oculos tuos ad me. Hypocrita vix vnq̄ veniam cōſeque/
tur. vnde ſuper illud Job. xxxv. Simulato:es ⁊ callidi ꝓ
uocant iram dei: neq̄ clamabunt quū vincti fuerint. dicit
gloſ. Uincti non clamabunt: quia humane laudis auidi/
tate ſuperati ſanctos ſe miſeri etiam cum in peccatis mo
riuntur/putant. Sap. j. ſpiritus ſanctus ſcz diſcipline effu/
gier fictum. i. hypocritā. In ipſo p:opūe do:mit ⁊ requies
ſcit diabolus: quia thalamus eſt vmbro:ſus. Job. xl. de pe.
diſt. ij. ſi enim. in fine. Nunq̄ hypocrita cor:rectionem recī
pit: ſed ſe ſemper defendit. Judic. j. Fuit dominus cū Ju/
da: nec potuit delere habitato:es vallis quia falcaris cur
ribus abundabāt. hoc eſt in curribus eorum falces erant
que ſibi obuiantia vel aduerſantia ſecabāt. Habitato:es
vallis hypocrite ſunt. qui ipſos repꝛehendūt cōuictos ſcin
dunt. ꝓpter quod ſirpo comparatur hypocrita. Job. viij.
Nūquid vireſcere poteſt ſirpus. i. iuncus vel carduus: q:
carpit ſm Hugui. gloſ. Sirpus intus eſt vacuus cui⁹ the
ca manū ledit. quia hypocrita gratia vacuus eſt: ⁊ cor:re/
ctionem non recipit. ſed ad lacerandam vitam p:o:ūpit.
vnde ⁊ in hoc diabolo inco:rigibili aſſimilatur. inco:ri/
gibilitas enim peccatū eſt diaboli. vñ Eccli. xxj. Qui odit
cor:rectionem: veſtigium eſt peccato:is. habet enim chara
cterē beſtie. i. diaboli. Unde iudeis inco:rigibilibus ⁊ hy
pocritis phariſeis ⁊ ſcribis dicit dñs. Jo. viij. Uos ex pa
tre diabolo eſtis. de peni. diſt. j. §. hoc idem. ff. Item vt chri
ſtus. Hypocrita fermento cōparatur. Luc. xij. Attendite a
fermento phariſeo:ū quod eſt hypocriſis. qđ fermentum
expurgādum eſt. j. ad Cor. v. Hypocrite ſimiles ſunt illis
pomis pulcherrimis exterius que ſunt ꝓpe mare mo/
tuū: ⁊ intus ſunt plena fauillis ⁊ cinere. vt no. de peni. di. j.
ſed ⁊ continuo. in gloſ. j. Eis p:o:ie loquitur Jo. Apoca.
iij. Nomen habes q̄ viuas: ⁊ mo:tuus es. Similes cā/
le que ſeipſam cōſumens alios illuminat: ⁊ ipſi continuis
cruciatibus mercantur mo:tē eternam. Matth. vj. Noli/
te fieri ſicut hypocrite triſtes. exterminā em̄ facies ſuas.
Iſti labijs deū hono:ant: co: autem eo:ū longe eſt a deo.
Matth. xv. Hypocrite bene ꝓphetauit de vobis Eſaias
Eſa. xxix. ¶ Item hypocrita nūq̄ pure cōfitetur. ſed aut
peccata velat: aut diſſimulat: aut defendit. Hi ſignantur
per Rachel de qua dicit Beñ. xxxj. q̄ furata eſt idola pa/
tris ſui: ⁊ abſcōdit ea ſubter ſtramentū cameli. Rachel in/
terp:etatur ouis. quia iſti Matth. vij. veniūt in veſtimen
tis ouiū. i. in habitu manſuetudinis ⁊ innocentie. ⁊ furan
tur idola patris ſui. i. diaboli. ſcz peccata occultando nec
ea pure cōfitendo. ⁊ abſcōdunt ſub cameli ſtramine. i. ſub
ſpecie obediētie ⁊ bone vite. In nullo peccato hodie qui/
dem religioſi tantū credo q̄ deum offendant quantū in
fictis ⁊ hypocritalibus cōfeſſionibus. Uix em̄ aut rariſſi/
me aliquis talium cōfitetur niſi per verba generalia. vix
vnq̄ aliquod graue ſpecificant. Quod dicunt vna die: di
cunt ⁊ altera: ac ſi in oi die equaliter offendant. Uix vnq̄
habent intētionem ceſſandi nec vitam mutādi. De pecca/
tis que confitentur/confitentur queda venialia: vt ſcz de
ſilentio/de iudicando/de murmurādo/de gula/de ſubita
iracundia/de verbis otioſis/de verbo omiſſo vel dictione
in officio diuino/⁊ ſimilibus. ſed rariſſime cōfitētur de pe
cunia/de inobedientia/de ſuſpecta familiaritate/de odio
ad fratrem/de perſecutionibus adinuicem/⁊ diffamatio
nibus/de ambitionibus/de hypocriſi ſpecificata malitia
declarata/de aſſiduis mēdacijs/de tēpo:is perditione p
magna parte/de ſuperbia ⁊ inuidia ſpecificata/de gaſtri
margia frequentata/de ieiunijs eccleſie cōmendatis et a
regula ſine vera neceſſitate fractis/de aliis articulis re
gule qui continēt preceptа aut prohibitiones. Adde hic
qđ ſcripſi. j. in iſto ar. in. §. ⁊ ve. ff. ſic quidē. Et ſi iſta crimi
na ⁊ ſimilia declarēt ⁊ ſpecificent: rariſſime tū cum ꝓpoſi
to dimittendi. qđ eſt ſe iuſtificare ⁊ in hypocriſim cēdere.
Uñ veraciter ſicut experiētia didici inter fratres ⁊ in offi
cio penitētiarie dñi pape in quo ſum: puri⁹ ⁊ humili⁹ ⁊ ve
racius incōparabiliter cōfitentur maxime pctō:es ſecula/
res ⁊ clerici: q̄ religioſi cōiter hypocritaliter confitētes.

Hypocritarū cōfeſſiones.

Quanto autē magis sunt in ordine literati aliq̄ magistri et lectores ⁊ baccalaurei ⁊ prelati: tanto in cōfessionibus sunt magis ceci. ⁊ hypocritalibus cōfitentur: vt ad literā impleatur in eis illud Jo. ix. In iudiciū ego veni in hunc mundū: vt qui nō vident videant: ⁊ qui vidēt ceci fiant. ⁊ illud ps̄. lxxiij. Obscurētur oculi eorum ne videāt. cxxvij. di. §. fi. Vere religiosi in cōfessionibus suis cōmuniter deplorant mentam ⁊ anerhum. i. cōfitentur aliqua venialia, sed grauiora legis. i. mortalia supra specificata et alia in decimata relinquūt. i. incōfessa. culicem colātes ⁊ glutientes camelū. Mat. xxiij. Nam primus mortalia sunt cōfitenda ⁊ delenda: deinde venialia. de pe. dist. j. tres sunt actiones. Contra tales cōfessiones hypocritales/Aug. in li. de penitētia. Penitētia est quedam dolēris vindicta puniēs in seq̄ dolet cōmisisse. de peni. dist. iij. penitētia est. ij. c. si apostolus. ibi. Jo. viij. Dicit enim dñs/vade ⁊ amplius noli peccare. Non dixit/ne pecces. sed nec voluntas peccādi in te oriatur. ⁊ c. penitentiā. ibi. Penitētiā quippe agere est perpetrata mala plangere: ⁊ plangēda nō perpetrare. ⁊ c. sunt aūt qui dicunt. ibi. Canis reuersus ad vomitū suum: ⁊ sus lota in volutabro luti, ⁊ c. penitentes. Penitētes: si tamen estis penitentes: ⁊ nō estis irridētes: mutate vitā. ⁊ ibi. Si ergo penites: cur facis que mala feciſti? Si fecisse peniteat: noli facere. Si adhuc facis: nō es recte penitens. ⁊ c. irriſor. Irriſor est ⁊ nō penitēs qui adhuc agit quod penitet. nec videtur deū poscere subditē: sed subsannare superbus. cū aliis. c. se. vsq̄ ad. §. sed verba. ¶ Item Amb. loquens de penitēte. de peni. di. j. sunt qui arbitrantur. ibi. Seipsum homo abneget: ⁊ totus immutetur. Itē taciturnitas peccati ex superbia nascitur cordis. ſm Bria nū. Ideo enim/ſm eū/peccatum suū quisq̄ celare desiderat: ne iniquitas sua alijs manifesta fiat. ne talis reputetur apud homines foris: qualē se iamdudū exhibuit diuino cōspectui. quod ex fonte superbie nasci nulli dubiū est. Species enim superbie est: eū se velle iustū videri qui peccator est. atq̄ hypocrita cōuincitur: qui ad imitationē primorū parentum vel tergiuersatione verborū peccata sua leuigare cōtendit: vel sicut Layn peccatū suum retinendo penitus suppримere querit. Ben. iiij. de peni. dist. j. §. ex his nāq̄. ff. Layn. ibi. quia superbus peccatū suū confiteri noluit ⁊ c. Ubi autē superbia regnat vel hypocrisis: humilitas locū habere non valet. Sine humilitate vero alicui venia sperare nō licet. nec ergo vbi est taciturnitas cōfessionis: venia sperāda est criminis. de peni. dist. j. §. cū ergo vt ex premissis. ad fi. dist. De hypocrisi confessionem diuidentiū vel celantium peccata. de peni. di. v. c. j. ad fi. ff. quedā enim. Uni celant que alijs manifestanda cōseruāt quod est se lauare ⁊ ad hypocrisim intendere. Tales etiā hypocrite qualibet die maxime quū celebrant: longas faciunt cōfessiones de quotidianis venialibus: credentes se per verba iustificare; ⁊ purgare. sed verba nō purgāt: sed gemitus/suspiria/dolor: ⁊ lachryme. de pe. dist. j. in princi. ⁊ §. hoc idē. Magdalena ad pedes dñi plorās nō loquebatur. sed planctus eā purgauit: nō lingua. Luc. vij. Contra hypocritas Aug. Simulata sanctitas/duplex iniquitas. Et Sapiens. Nulle sunt occultiores insidie: q̄ que latent sub similitudine officij. Aug. contra hypocrisim religiosorū non seruantiū professionem suā sed simulātium. Malui enim cecos habere vel claudos: q̄ plangere mortuos. quicūq̄ em̄ hypocrita est: mortuus est. xij. q. j. nolo. ⁊ c. certe. ibi. Malū est cadere a ꝓposito. sed peius est fimulare ꝓpositū. ⁊ supra ibi. Nolo habere hypocritas.

